

cient, sunt incomponibilia, quia v. g. sunt in ultima actualitate, minime; si utraque recurreret ad dependentiam, vel independentiam a causa extrinseca, ut ostendatur, cur identificatio aliquorum faciat compositionem, vel non faciat, & ideo per hanc doctrinam Poncius nec bene solvit argumentum illud Thomistarum, neque difficultates ab ipsonem adductas in eius confirmationem.

235 Siftendum igitur est in solutione illa communi Scotistarum quam tradit Doctor expressè 1. diffin. 5. quæst. 2. L. his verbis, qualiter autem fiat, quod ratio relationis in re non sit formaliter eadem rationi essentiae, & tamen in eodem concurrentes non constituentur compositum, vel compositionem, hoc est, quia illa ratio est eadem perfectè illi, propter enim infinitatem unius rationis quicquid potest esse cum ea, est eadem perfectè sibi, ratio enim identitatis excludit omnem compositionem, & quasi compositionem, quæ identitas est propter infinitatem, & tamen infinitas non tollit formaliter rationes, quin hæc formaliter non sit illa, non est igitur ex istis quasi compositum, & ideo nihil est ex eis quasi compositum ex actu, & potentia, sed est unum simplicissimum ex illis, quia una ratio est perfectè eadem, non enim sequitur sunt perfectè eadem, tamen non est formaliter eadem, non enim sequitur sunt perfectè eadem, tamen non est formaliter eadem, ergo sunt formaliter eadem, & eadem perfectè identitatis excludit omnem aggregationem, quia idem non aggregatur cum seipso idem repetit interius diffin. 8. quæst. 4. ad arg. princ. dicens, in divinis autem est vera prædicatio per identitatem in abstracto, & tamen non est formalis, ratio hujus differentie est, quia concipiendo abstractum ultimata abstractione concipitur quidditas abque habitu inde ad quodcumque, quod est extra propriam rationem quidditativam, sic igitur concipiendo extrema nulla erit veritas uniendo ea, nisi præcisè quidditas unius extremi fit eadem quidditas alterius extremi, hoc autem non contingit in creaturis, quia ibi abstracta veritas affirmativa unius est, & veritas alterius realitatis generis, & differentie, & considerando eas præcisissimè, utraque est finita, & neutra est perfectè eadem alteri, non enim sunt modo eadem inter se, nisi propter tertium, cui sunt eadem, & ideo abstrahantur a tertio, non remanent causa identitatis eorum, & ideo nec causa veritatis propositionis unidentitatis extrema illa hæc igitur est illa, animalitas est rationalitas, & hoc converso, & hoc quocumque prædicatio, quia non tantum extrema non sunt formaliter eadem, nec verè eadem, quidditas enim hæc præcisè est potentialis ad quidditatem illam, & non est eadem illi, nisi propter identitatem ad tertium, à quo abstrahuntur, ergo abstractio illa tollit causam veritatis affirmativæ unius est, & opollit est in Deo, quia abstrahendo sapieniam à quocumque, quod est extra rationem sapientie, & bonitatem similiter abstrahendo à quocumque quod est extra ejus rationem formaliter, remanet utraque quidditas præcisè sumpta formaliter infinita, & ex quo infinitas est ratio identitatis eorum facta tali abstractione præcisissima remanet ratio identitatis extremorum, non enim hæc erant eadem præcisè propter identitatem eorum ad tertium à quo abstrahuntur, sed propter infinitatem formalem utriusque ita Doctor loc. cit. & alibi frequenter.

Ex qua quidem Scoti doctrina bene intellecta, ne dum ad amicum solvit argumentum Thomistarum ex compositione deducum contra distinctionem formalem attributorum ab essentia, sed etiam dicitur illis difficultates, quas Poncius urget num. 233. contra communem Scotistarum solutionem, prima quidem difficultas facillimè solvitur ex dictis disp. 2. qu. 5. art. 2. præsertim in sol. ad 4. ubi dictum est gradum entis nec in Deo, nec in creatura proprie facere compositionem, quia nullam dicit realitatem potentialem verè contrahibilem per differentias, sed purum conceptum inadæquatam per modos contrahibilem à posteriori, ut ibi explicatum est, unde ad summum facere nequit, nisi compositionem rationis cum fundamento in re, quam difficultatem Poncius evitare non potest, quia vult conceptum entis propriam realitatem præferre potentialem per aiam realitatem contrahibilem, atque ideo cum ipsa ex natura rei componibilem loc. cit. ostensum est; Neque responso, quam assert ad hanc difficultatem, sufficit, dum ait ens non facere compositionem in Deo, & quia licet ille gradus non sit infinitus secundum se tamen ut reperitur in Deo, redditur infinitus, & independentes in reali existentia à causa extrinseca propter identitatem, quam habet eum modo, seu formalitatem, contrahente ipsum ad Deum; non inquam sufficit, quia nec modus, nec differentia addita variat naturam realitatis, cui advenit, unde si illa de se est communis, potentialis, & componibilis, talis intrinsece remanet ubiqueque ponatur & semper habebit rationem partis per modum determinabilis, ut d. 2. dicitur abans a. 7. & 131. cum quia Poncius in hac solutione non sibi constat, quia paulo supra dixerat recedendo communem Scotistarum doctrinam infinitatem nõ sufficere ad perfectè identificandas realiter formalitates in Deo repetas, quantum sufficit ad tollendam compositionem, sed requirit independentiam à causa extrinseca in reali existentia, & ab hac præsertim oriri perfectam identitatem realem plurium formalitatum in Deo; in hac autem solutione ad infinitatem ipse quoque recurrit simul cum independentia, & non amplius inquit talem perfectam identitatem oriri sibi infinitate, aut independentia in reali existentia à causa extrinseca, immo contrarium affirmat scilicet infinitatem, & independentiam entis in Deo provenire ab identitate, quam habet eum modo seu formalitatem contrahente ipsum ad Deum.

236 Neque etiam rectè respondet ad 2. difficultatem, que probatur attributa facere compositionem cum essentia divina, quia illa recipit, tanquam perfectiones à se formaliter distinctas sicut animalia facit compositionem cum rationali, quia recipit illam differentiam, ut perfectionem à se formaliter distinctam, non; inquam, rectè respondet, dum inquit, ideo animalitatem facere compositionem cum rationalitate, quia identificatio animalitatis cum ea fit cum dependentia à causa extrinseca, quantum ad realem existentiam, non sic identificatio divinæ essentiae cum attributis; quia, ut dictum est, talis dependentia vel independentia omnino materialiter habet quantum adhuc effectum identificandi perfectè, vel imperfectè plures formalitates administrari sed ratio præcisiæ, cur animalitas cum rationalitate compositionem faciat, non sic essentia quæ genis, & differentia identificatur solum ratione tertii, in quo ununtur, & a quo si abstrahantur, non amplius habent sufficientem causam identitatis, unde quia eorum identitas realis est imperfecta, & veluti ab extrinseco emendicata, hinc est quod compositionem faciunt Metaphysicam per modum actus, & potentie Metaphysicæ; at essentia, & attributa identificantur realiter ob infinitatem, atque ideo eorum identitas perfectissima est, unde consequenter nullum locum compositioni relinquuntur Metaphysicè, & omnem aggregationem excludit, quia nihil est in potentia ad seipsum, nec idem aggregatur cum seipso Ubicquid nota instantiam, quam adducit hic Auctor num. 58. veluti tacitam Scotistarum responsum ad 2. difficultatem, nec bene nec fideliter adduci, dum inquit pro ipsis, quod animal non ideo præcisè facit compositionem cum rationalitate, quia fit utrumque perfectibile per eam, sed quia ulterius non continet virtualiter, nec eminenter rationalitatem, essentia verò divina continet eminenter, & virtualiter perfectiones attributorum, & propterea non est perfectibilis per illas, quam solutionem ipse postea confutat. Neque enim Scotus, neque Scotista dicunt hac de causa essentiam non facere compositionem cum attributis, quia illa virtualiter continet, & eminenter, quia perfectiones simpliciter, quales sunt attributa formaliter in summo eodem continentur, non virtualiter formaliter, vel eminenter, hic enim modus continentie scilicet virtualis & eminentialis convenit solum perfectionibus secundum quod, hoc enim modo dicimus perfectiones creaturam in Deo reperiri, virtualiter nimirum, ac eminenter; sed ratio, quam Scotus, & Scotista adducunt, cur essentia non faciat compositionem cum attributis, est perfectissima identitas cum eis, ut patet 1. d. 5. q. 2. L. & d. 8. q. 4. ad r. & per consequens continentia identica; & unitiva, non autem virtualis, ac eminentialis, quæ sunt continentie alterius, & alterius rationis.

237 Addit Doctor 1. d. 8. qu. 4. X. quod quavis divina essentia dicitur quodammodo perfecti, & perfectibilis ab attributis in esse secundario, hæc tamen perfectibilitas non dicit potentialem in ipsa, quia non est perfectibilis, veluti per informationem, sed per identitatem; unde notat, quod forma in creaturis habet aliquod imperfectum, scilicet quia est forma informans aliquid, & per se composita, aliquid etiam habet, quod non est imperfectum, sed consequitur cum secundum suam rationem essentialiam, five formalem scilicet quod ipsa fit, quo aliquid est tale, exemplum, sapientia in nobis est accidens, hoc est imperfectum, sed quod ipsa fit, quod aliquid est sapiens, hoc non est imperfectum, sed essentialis rationis sapientie; in divinis autem nihil est forma secundum illam duplicem rationem imperfectum, quia nec informans, nec pars, est tamen ibi sapientia, in quantum est, quod illud, in quo ipsa est, est sapiens, & hoc non per aliquam compositionem sapientie ad aliquid quasi subiectum, nec quod sapientia illa fit pars alicujus compositi, sed per veram identitatem, quia sapientia propter sui infinitatem perfectam perfectè est idem cuilibet, cum quo nata est esse; ita Doctor loc. cit. Sed obicitur, quomodo aliquid est formaliter sapiens sapientia, si sapientia non est forma, quæsi denominativè, quia anima est forma ejus, homo dicitur animatus non denominativè, sed essentialiter, quia anima est pars ejus, & aliquid ejus, non igitur requiritur aliquid esse formam informantem aliquid, ut ipsum sit tale per ipsum, quia forma non est forma informans totam, quod tamen dicitur formaliter tale per ipsam; si igitur veriori identitate est aliqua forma idem alicui, quam fit identitas ejus ad informatum, vel totum, cuius est pars, sufficeret, inquit Doctor, illa identitas ad hoc, quod illud tali forma esset tale, & ita est in proposito, qui cogitari possent veritari inter divina attributa, primus gradus est rationis rationantis, qui non attenditur penes diversum conceptum obiectivum, sed penes diversum modum concipiendi idem obiectum formale, five grammaticè, ut homo hominis, five Logice, ut homo, & humanitas, sapiens, & sapientia per modum abstracti, & concreti, secundum gradus est distinctionis ab intellectu completur in esse distinctionis prævio in se fundamento, quia ex conceptibus intellectus inadaquate resultant diversæ conceptus obiectivi, non quidem in esse rei, vel realitatis, sed in esse obiectivi, & representati, ideo aut esse diversorum obiectorum formalium in intellectu, tertius autem gradus est distinctionis

Denique Bonet. lib. 1. Theol. naturalis cap. 1. bene ostendit à priori, cur in Deo nequeat esse compositio, quia (inquit) prima radix componibilitatis est ratio partis, quoniam nihil potest componi cum alio, nisi habeat rationem partis respectu totius resultantis ex illa parte, & alia comparte; radix autem, quod aliquid habeat rationem partis, dependet ex hoc, quod sit finitum; quia nullum infinitum potest habere rationem

non partis, cum omne totum sit majus sua parte, nihil autem est majus infinito; quia ergo quicquid positivum est in Deo, est infinitum, vel saltem non est finitum, ideo nihil est ibi habens rationem partis, nec consequenter ullam compositionem facere potest. Ex quo patet, rationem propriam, & præcisiæ componibilitatis, vel incomponibilitatis non ex dependentia, vel independentia, sed ex finitate, & infinitate peti debere, ut omnes Scotista docent cum Scoto 1. distinctione octava, questione prima, & quol. 5. Alia argumenta contra hanc distinctionem ex natura rei mediam urget Pasquale tom. 1. Metaphysicæ disputatione sexta, & ponentem in questione quinta, articulo secundo, in declaratione distinctionis formalis §. secundæ obicitur, & adhuc alia quædam argumenta veritas atmatate videri possunt apud Formalist. ad initium Formal.

QUÆSTIO XII.

De natura Identitatis, & distinctionis virtualis, ejusque utilitate.

238 Hæc est illa distinctio adeo celebris, & famigerata apud Thomistas, non minus quam distinctio formalis actualis apud Scotistas, circa cujus explicationem non multum insudabimus, quia eodem re modo ab omnibus explicatur. Illa igitur dicitur distinctio virtualis, quæ inter plures ejusdem rei perfectiones veritatis, non tamen actualiter est parte rei, quasi antecedenter ad omne opus intellectus in esse distinctionis fit completa, sed tantum fundametaliter, quatenus res eadem intellectione obiecta præstat ei occasione ob ejus eminentiam, ac limitationem quandam distinguendæ in ipsa plures perfectiones, per plures conceptus inadaquatos, quæ de causa talis distinctio in esse distinctionis dicitur ex natura rei actualiter, & completa, sed tantum virtualis, & inchoata, quæ inde compleri potest per intellectum inadaquate concipientem, quia ratione loquitur alio nomine vocari distinctionem rationatam, seu cum fundamento in re. Unde hæc distinctio non excoarctandi debet, quod in re autè opus intellectus pluralitas realitatum, vel formalitatum reperitur, quarum una non est alia; quia ex tali diversitate distinctio ex natura rei formalis actualis sumitur, ut declaratum est questione precedenti sed ex coarctandi debet, quia res à parte rei ita eminenter habet, ut possit diversitas conceptus inadaquatos terminare, & quia res ob insufficientiam perfectionem ita eminenter, ac virtute se habet, ac si formaliter plures res, vel realitates contineret, ideoque appellari sole distinctio ex natura rei, non quidem formalis actualis, sed eminentialis, & virtualis propter fundamentum immediatum reperitur in se in ordine ad diversos conceptus casualibus in intellectu inadaquate concipientes, sic exempli gratia dicitur virtutem calefactivam, & efficaciam in Sole ex natura rei virtualiter distinguere, quia hujusmodi virtutes non actu continentur in Sole secundum formam formalem, sed virtualiter tantum, & eminentialiter, quatenus Sol per unicam, & simplicissimam virtutem eminentioris ordinis equivaleat illis duabus, ex qua eminentia occasione sumit intellectus distinguendæ ex natura rei actualiter has virtutes in Sole, sicut distinguuntur in his inferioribus, cum tamen a parte rei unica sit, ac simplicissima virtus, licet eminentioris ordinis, ita distinctionem hanc virtualiter explicare passim Thomista cum Galet. 1. part. quæst. 39. articulo primo, §. ad evidentiam, & in lib. de ente, & essentia.

Et quidem distinctionem virtuales in hoc sensu explicatam, ne dum Thomista, sed etiam Scotus ipse agnovit, ejusque conceptum, tanquam possibilem admittit, tale namque nomen distinctionis virtualis memorat 1. d. 2. quæst. 7. §. sed hic respicit, atque eadem distinctionem poni posse inter relationes originis, ac divinarum essentiarum, licet postea subdat, quod non sufficere, ad componenda contradictoria, quæ de illis enunciari solent à parte rei circa quæcumque intellectus operationem, ut quod essentia communicat, relatio non communicatur, &c. Deinde prima distinctione octava, questione quarta, §. ad questionem, aliam notionem, & conditionem talis distinctionis virtualis, ut enim declararet qualis distinctio ponenda fit inter divina attributa inquit, non est tantum differentie rationis, hoc est diversorum modorum concipiendi idem obiectum formale, talis enim distinctio est inter sapiens, & sapientiam, nec est ibi tantum distinctio obiectivum formalium in intellectu, quia ut arguitur est prius, illa unquam est in cognitione intuitiva, est ergo ibi distinctio tertie precedens intellectum omni modo, tres itaque gradus distinctionis hic assignat, qui cogitari possent veritari inter divina attributa, primus gradus est rationis rationantis, qui non attenditur penes diversum conceptum obiectivum, sed penes diversum modum concipiendi idem obiectum formale, five grammaticè, ut homo hominis, five Logice, ut homo, & humanitas, sapiens, & sapientia per modum abstracti, & concreti, secundum gradus est distinctionis ab intellectu completur in esse distinctionis prævio in se fundamento, quia ex conceptibus intellectus inadaquate resultant diversæ conceptus obiectivi, non quidem in esse rei, vel realitatis, sed in esse obiectivi, & representati, ideo aut esse diversorum obiectorum formalium in intellectu, tertius autem gradus est distinctionis

tionis formalis actualis ex natura rei, quam declaravimus quæst. præced. & Doctor ibi statuit inter divina attributa, unde fallum est, quod quidam Scotizantes ajunt, Doctorem non agnovisse hujusmodi distinctionis genus, ut à cæteris condistinctum, & omnem distinctionem cum fundamento in re posse esse actualem, & completam citra intellectus opem, fallum id, inquam, & est, quia loc. cit. dicitur fecerit tres illos gradus distinctionum, & secundum gradum, qui erat distinctio virtualis, declaratur ut à cæteris condistinctum, & ponentem in numerum, unde in hoc mihi bene in hoc Scotizate videntur Vulpes tom. 1. p. 1. disp. 6. art. ult. & Potman. ad 8. q. 1. disp. 1. conclus. 4. qui de mente Scoti distinctionem hanc virtualem distinguunt à formali actuali. Sed de hoc sermo redibit inferius, cum de distinctione agemur rationis rationantis patulo infra 4. 5. art. 1. n. 272.

239 Hanc quoque distinctionem distinctionis virtualis à formali suadet manifesta ratio, quia distinctio formalis fundatur, & radicatur supra pluralitatem realitatum in eadem rephysis, non virtute tantum, aut eminentialiter, sed aqualiter existentium, & ideo dicitur distinctio formalis actualis, distinctio vero virtualis fundatur super pluralitatem eorum, vel realitatum in una re supereminenti, & aqualiter illimitata contentarum, non quidem, ut actu plures, sed virtute tantum, quatenus eadem simplicissima forma æquivaleret pluribus rebus, vel realitatibus, & se sola præstat ea munera, quæ præstat solent illæ res, vel realitates ab invicem ex natura rei actualiter verè quæ de causa dicitur distinctio virtualis, & eminentialis, non autem formalis, & actualis, ergo vera distinctio illa non coincidunt, sed sunt diversæ rationis, & conditionis. Cont. & adhuc magis ostenditur possibilitas distinctionis virtualis, ejusque distinctio à distinctione formali actuali, nam quando res est eminentior, & superioris ordinis, plures in se coadunat perfectiones, & simpliciori modo in quam in inferioribus reperitur, dupliciter autem possunt perfectiones in inferioribus diversæ, autque realiter diversæ in se superioris ordinis coadunari, primò quidem possunt coadunari realiter solum, & tunc est, quando in re superiori ita adunantur ut adhuc in ea continentur secundum suas proprias rationes, seu formalitates, unde licet ob illius rei illimitationem transcant perfectiones in ea contentæ in eandem rem, non tamen in eandem formalitatem, & sic dicitur in ea contineri formaliter actualiter, & non virtualiter, aut eminentialiter tantum, ita dicimus contineri in Deo perfectiones attributales justitiam, misericordiam, &c. ubi enim sunt in creaturis perfectiones accidentarie inter se realiter diversæ, in Deo ob ejus infinitatem realiter adunantur, & quia important singula perfectionem simpliciter, extant in eo formaliter, & non virtualiter tantum, & ideo juxta proprias formalitates fundatur ad invicem distinctionem formalem actualem, alio modo possunt perfectiones in inferioribus diversæ ita coadunari in re superiori, ut virtualiter tantum, & eminenter in ea continentur, vel secundum entitatem, vel solum secundum pluralitatem, unde nec tamquam res diversæ, aut solum diversæ formalitates in ea extant, ideo nec fundare possunt ad invicem distinctionem realem nec formalem, sed tantum distinctionem virtuales hinc, vel illi æquivalentem à ita in vulgari & cœtæro exemplo à Thomista adducto contineri in Sole dicitur virtus calefactiva, & excitativa ubi enim istæ virtutes in igne qualitates important inter se diversæ, ac realiter distinctas, calorem nempe, & siccitatem, in Sole coadunantur omnino, & in eo contineri dicuntur virtualiter solum, & eminenter, caliditas enim, & siccitas in luce sunt ipsa lux omnibus modis, unde non nisi virtualiter inter se distinguuntur, quod si caliditas, & siccitas in luce continentur formaliter, seu secundum proprias rationes formales, sine dubio essent distinctæ non tantum virtualiter, sed etiam formaliter actualiter. Quando igitur intellectus distinguuntur in luce solari caliditatem, & siccitatem manifestando illas diversis conceptibus, lucem ipsam inadaquate concipiendo, tunc illas distinguunt in esse obiecti, cum tamen in esse rei actualitatis distincta non sint, sed unum. Unde ex duplici capite constat distinctio distinctionis virtualis à formali actuali, primo ex parte fundamenti, quia fundamentum distinctionis virtualis est eminentia rei virtualiter continens plures perfectiones in inferioribus diversæ, fundamentum autem distinctionis formalis est pluralitas realitatum in eadem rephysis actualiter imbutarum, deinde ex parte intellectus, quia distinctio formalis anteverrit omnem opus intellectus, nec intellectus circa illam versatur, nisi adæquate concipiendæ ejus extrema, quia singula per conceptus adæquate concipiuntur, at distinctio virtualis completur per intellectum, & hunc quidem rem inadaquate concipientem, ac veluti in plura conceptibiles dividendum, eandem rem realiter, & formaliter.

240 Ex dictis inferitur, hanc distinctionem virtuales non esse veram, ac propriam distinctionem, quod quidem satis evidenti convincitur ratione, rem enim virtualiter, aut eminenter esse aliquid, non est formaliter esse tale, sed virtute continere proprietates alterius, ita ut eadem possit obire munera, proinde ac si esset formaliter tale sic dicimus Sole esse virtualiter, & eminenter ignem, vel alia eadem particulare, quia eisdem effectus producere potest unum, ac idem Sol, quos diversæ causæ particulares efficere possunt, & in hoc fere dicimus sensu internum esse virtualiter, ac eminenter omnes externos, quia unus, & idem sensus internus attingit quocumque, obiecta



attinguntur a diverso externis. Sic igitur in proposito distinctio virtualis non potest dici proprie distinctio, nec virtualiter tantum distinctio dici possunt absolute distincta ex natura rei, sed tantum aequivalenter, id est ita se habere virtualiter, ac si forent distincta, forent formaliter, sicut Sol, qui est virtualiter ignis, non est simpliciter, & sine addito ignis, sed virtualiter tantum, & eminenter: itaque iuxta allegatam distinctionem virtuosam notionem illa extrema dicuntur virtualiter tantum distincta, quae in re nullam prorsus habentia dualem distinctionem, sed sunt omnino idem ex natura rei, praesent tamen idem, quod praesent fieri natura rei distincta forent. Ex quo rursus constat hoc generis distinctionem confundendum non esse cum distinctione formaliter natura rei, quia haec est distinctio actualis, omninoque intellectus operationem antecedens ac proinde in ordine suo dici potest vera, & propria distinctio, non sic autem distinctio virtualis. Ac denique constat duplicem posse assignari modum distinctionis virtualis, ut dicam infra in fine quaestionis.

Major extat difficultas circa utilitatem hujus distinctionis virtualis, Thomista namque passim adeo illam extollunt, ut eadem praesentant, nedum praecipuum solvere difficultates contingentes circa distinctionem graduum Metaphysicorum, sed declarant quoque simpliciter mysterium Trinitatis arcanum, unde in creatis dicuntur dari haec distinctionem virtuosam inter animalitatem, & rationalitatem aequivalentem reali, quatenus etiam si a parte rei non omnino idem, una tamen potest terminare cognitionem, aliter vero non, quod est aequivalere duabus rebus distinctis, sic patet in divinis, haec divina essentia sic idem virtualiter cum personitate, tamen essentiae convenit communicari tribus personis non vero paternitati ratione eisdem distinctionis virtualis, quae inter ea veritatem quae ex vi hypostasiae, & paternitas cum terminis identitate reali, & absque ulla distinctione formali, habent in ordine ad hoc, quod est communicari, & non communicari eandem capacitatem, quam in ordine ad haec contradictoria habent, si in re realiter distincta forent, quae sic posita distinctio realiter inter essentiam, & relationes vel saltem formalem Scoticam, absque ulla contradictione posset essentia communicari, & paternitas non communicari, si negata prorsus omni tali distinctione in re in divinis, ratione tantum hujus distinctionis virtualis posset essentia communicari, & paternitas non communicari in divinis, potest animalitas in homine per intellectum attingi, & non rationalitas, quantumvis sint idem realiter a parte rei non fecus ac si a parte rei realiter differerentur, ad eum modum, quo causa potens producere plures effectus dicitur virtualiter multiplex, quia ipsa sola potest efficere, quae plures illas causas, & singulis generat.

At Recentiores Societatis Patres de contra tantam utilitatem hujus distinctionis negant, unde Arias disputat. 2. logice ca. 2. negat in creatis hanc distinctionem utilem esse ad componenda illa contradictoria, quae dicebant Thomista, puta ratione ipsius posse ab intellectu hominis praesentiri animalitatem a rationalitate, & cognosci ista non cognita, quia non minus contradictoriae opponuntur cognosci, & non cognosci, respondere, & non respondere ex parte obiecti, quam existeri, & non existeri, produci, & non produci, sed repugnat animalitatem hominis existeri, & non existeri ejus rationalitate, item produci animalitatem, & non produci rationalitatem, quantumvis virtualiter distinguantur, ergo etiam implicabit cognosci animalitatem, & non cognosci rationalitatem, si eandem prorsus rem, & formalitatem important a parte rei, quod argumentum late prosequitur Arias. loc. cit. subsec. 2. Hanc tamen distinctionem concedit esse utilem in divinis ad haec, & similia contradictoria componenda, non quidem ex vi ipsius distinctionis, ut sic, nam tunc eandem quod utilitatem in creatis obtineret, sed ratione infinitatis, nam plura Deo convenire possunt propter finem ejus infinitatem, qui repugnat creaturae propter sui limitationem; Deo enim convenit intelligere per suam substantiam sine actu distincto, quod creaturae repugnat Deo repugnat moveri, mutari, & similia, quae non repugnant creaturis. Ex hoc ergo quod haec distinctio juvet ad declarandum arcanum Trinitatis mysterium, & componenda contradictoria de divina essentia, & relationibus pronuntiata, iudicandum non est eandem habere virtutem in creatis ob rationem aliam, quia non ex vi talis distinctionis praesentit ea contradictoria componuntur in divinis, sed quia talis distinctio reperitur in re infinita, talis autem distinctio angere videtur, quanto magis augetur, vel illimitatio, quia talis distinctio fundamentum, ut diximus, est ipsa rei illimitatio, & eminentia. Tum quia si ex divinis liceret argumentari ad creatas, etiam posset inferri animalitatem posse produci, quin produceretur rationalitas, quia in divinis haec duo praedicata produci, & non produci conveniunt uni entitati indivisibili Filii, nam produci secundum distinctionem, & non secundum essentiam divinum. Immo etiam posset inferri, res omnes creatas esse idem realiter inter se, & virtualiter solum distinctas, & quam una illarum perit, altera produci, una moveri, altera quiescere, id est per se secundum diversas formalitates eisdem entitatis, quia tunc praedicata contradictoria sunt cognosci, & non cognosci, quam produci, & non produci, moveri, & non moveri, & similia; ita dissentit Arias. loc. cit.

Ovid. autem contrav. 4. Metap. punct. 4. ulterius pergit, & asserit hanc distinctionem virtuosam esse prorsus inutilem, nequid in creatis, sed etiam in divinis ad componenda contradictoria, quae de essentia, & relationibus pronuntiari solent, inutilitatem ejus in creatis ostendit eisdem scilicet rationibus, quibus utitur Arias, in divinis vero ex eo capite ostendit, quia eisdem omnino argumentis impugnat potest distinctio virtualis, quibus impugnat solent mysterium Trinitatis, & aequo difficilius capta est ipsa distinctio virtualis pro eis contradictoriis componendis, ac si ipsa Trinitas, unde talis distinctio nulla prorsus potest afferri lucem ad illud mysterium explicandum, quod ita fuit in distinctio virtualis in Deo importat aequivalere Deum in ordine ad haec praedicata communicari, & non communicari, duplici entitati distinctae, quod formaliter dicit posse habere in se tantum simpliciter haec duo praedicata communicari, & non communicari, produci, & non produci; communicari ratione essentiae, non communicari ratione relationis identitatis cum essentia, & productione filiationis, non produci ratione essentiae identitatis cum filiatione, quae in quacumque alia entitate simpliciter dicerent contradictionem; ergo distinctio virtualis dicit posse Deo convenire hoc conceptus communicari, & non communicari, quae ex se sunt contradictoria, in quo est tota mysterii difficultas, eadem omnino in hac distinctione virtuali, ac in ipso mysterio. Confirm. quia dari hanc distinctionem virtuosam in Deo est Deum esse talis naturae, ut ipsi eidem omnino simpliciter possint convenire hi duo conceptus communicari, & non communicari, sed hi duo conceptus sunt contradictorii, ergo dari hanc distinctionem virtuosam in Deo dicit Deum esse talis naturae, ut ipsi possint convenire duo conceptus contradictorii, quod horret Metaphysica, & naturae lumen.

243 Media via a nobis capienda est, dicendo, hanc distinctionem virtuosam non habere tantam utilitatem, ut praesentunt Thomista, nec adeo inutilem esse, ut contendunt Recentiores citati, sed esse solum modo utilem tum in creatis, tum in divinis modo nunc explicando. Et quidem non tantam esse utilitatem illius distinctionis, quantum praesentunt Thomista, ut nimirum ratione ipsius componi possint contradictoria explicata ex natura rei verificata circa quodcumque opus intellectus tam in creatis, quam in divinis, puta verbi gratia essentiam in divinis communicari, non vero filiationem, hominem ratione animalitatis convenire cum brutis, non autem per rationalitatem, & similia, non inquam, sufficere hanc distinctionem ad haec contradictoria componenda constat ex disputatione prima Logica quaestione quinta, articulo secundo, §. altera quoque solutio, & disputatione nona Logica quaestione prima, articulo secundo, & supra in hac disputatione numero 206, ubi ostenditur, distinctionem solam virtuosam non sufficere, ut duo contradictoria a parte rei verificata possint, quia qualis est contradictio, talem entem distinctionem esse ipsa inferimus; si est contradictio rationis, solam inferre quoque rationis distinctionem, si est contradictio realis, & actu a parte rei verificata, inferre pariter distinctionem ex natura rei a dualem, & non tantum virtuosam inter extrema de quibus verificatur. Tum quia contradictoria a parte rei enunciatur de illis, quae habent esse distinctum, & pluralitatem a parte rei, quia de uno, & eodem, ac secundum idem contradictoria verificari minime possunt, sed distincta virtualiter nequeunt proprie dici distincta a parte rei, sed ita se habent, ac si essent distincta, res tamen vera sunt omnino idem tam realiter, quam formaliter, quia distinctio virtualis non est proprie, & formaliter distinctio, sed tantum aequivalenter, ut didicimus in eius explicatione, ergo contradictoria a parte rei de virtualiter tantum distinctis, & pluralitatis verificari actu non possunt, quia contradictio inventa in re supponit extrema, de quibus enunciatur pluralitatem realiter, vel saltem formaliter iuxta conditionem contradictionis enunciatae.

Dices distinctionem virtuosam aequivalere distinctioni reali, & actuali ex natura rei, quatenus eadem simplicissima entitas aequivalent pluribus rebus, vel formalitatis inter se, ex natura rei distinctis ob sui eminentiam, atque ideo talem distinctionem fundare potest, qualem fundant plures illae res, vel formalitates, itemque talia de illa eadem re possunt enunciari contradictoria, quia verificari possunt de illis pluribus rebus, vel pluralitatibus, quibus aequivalere, ad eum modum, quo causa potens producere plures effectus dicitur aequivalere pluribus causis, quia sola potest efficere, quae plures causas. Contra quia, hinc evidentem constat abulsum distinctionis virtualis, si enim ob talem aequivalentiam sufficit ad componenda quaecumque contradictoria, poterit affirmare protervis eandem animam esse corpori unitam, & non unitam, posse destrui hominem, quatenus animal, & non quatenus rationale, posse me existeri Romae, quatenus animal, & non ibi existeri, sed alibi quatenus rationale, & alia innumera absurda, quae omnia salvabit merito distinctionis virtualis; & sic non tantum salvabitur hujus distinctionis ope posse animal cognosci non cognita rationalitate, ut asserunt Thomista, sed etiam existeri animalitatem hominis non existentem ejus rationalitate, item destrui posse ejus animalitatem non destricta rationalitate, ut contra ipsos urgebant Recentiores praedicati, quae quidem consentanea tenet contra Thomistas, non quia illa praedicata cognosci, & non cognosci, eodem modo

contra-

contradictant, ut ista existere, & non existere, produci, & non produci, ut dicebant Arias, & Ovid. hoc enim est prorsus falsum, ut postea dicam; sed ex eo capite tenet, quia iuxta Thomistarum explicationem, & solutionem aliam haec virtualis distinctio adeo ampla est, ut omnino aequivalere distinctioni reali, & fundare possit talem contradictionem, qualem fundare possunt extrema realiter, ac entitative distincta, unde quia de distinctis realiter verificari possunt praedicata illa contradictoria existere, & non produci, & non produci, hinc recit inferri poterit posse pariter verificari de extremis tantum virtualiter distinctis, ut sunt animal, & rationale, quia haec distinctio omnino aequivalere distinetioni reali. Neque ita sentiendo de distinctione virtuali possunt Thomista pacto hanc paritatem evaluare de praedicatis contradictoriis, dicendo quaedam concernere existentiam physicam rei, ut produci, & non produci, destrui, & non destrui, quaedam vero spectare tantum ad esse intentionale rei, ut esse cognitum, & non esse cognitum, & huius generis contradictoria tantum componi posse beneficio virtualis distinctionis, non autem contradictoria primi generis. Non, inquam, Thomista talis responso suffragari poterit, quia si iuxta eorum doctrinam distinctio virtualis aequivalere omnino distinctioni reali, & ea omnia potest ad unguem praesentare, quae ipsa distinctio realis, nulla potest afferri ratio, cur possit componere contradictoria secundum generis tantum, & non primi, atque ideo optime contra ipsos tenet illa consequentia ad hominem, quod si illa distinctio virtualis sufficit, ut homo cognoscatur conveniens cum bruto per animalitatem, non vero per rationalitatem, sic idem sufficiens erit, ut dicatur produci secundum animalitatem, non vero rationalitatem.

243 Ne igitur abutamur distinctione virtuali, utque pateat quantum valeat, & quae contradictoria componere possit, & quomodo, advertendum est duplex esse contradictionis genus, unum formaliter, & actualiter veram a parte rei circa quodcumque opus intellectus, alium virtualiter solum, & fundamentaliter; exemplum primae, ut cum dicimus hominem actu a parte rei convenire cum bove in animalitate, & per rationalitatem actu a parte rei ab ipso differre, exemplum alterius contradictionis est, cum dicimus in sole, ydem esse principium proximum calefaciendi, & excicandi, & non esse idem, haec namque contradictio non verificatur a parte rei actualiter de sole, quia a parte rei in ipso idem est principium utriusque, sed tantum virtualiter, & fundamentaliter, quatenus unica illa virtus duplici virtuti aequivalere, cum igitur distinctio, & contradictio sint invicem commensurata, ut qualis est contradictio, talis fit quoque distinctio, quam inferre, & contra, sane virtualis distinctio non valet, quae contradictio componere valet, nisi contradictio non tantum contradictionem ei proportionatam, nempè contradictionem fundatam, & fundamentalem, ideoque Thomista prorsus abutuntur talem distinctionem virtuosam, dum illam inducunt ad componendam quaecumque contradictionem, tam actualem, quam virtuosam, quia res vera non nisi illam componere valet. Hinc Doct. r. d. 2. q. 7. §. 2. haec dicit, idem dicitur dixit ad componenda illa contradictoria de essentia divina, & relationibus originis communicari, & non communicari, &c. non sufficere virtuosam distinctionem inter illa, sed requiri majorem, & talem, quae antevertat omne opus intellectus, sicut, & ante omne opus intellectus actu verificatur contradictoria illa de essentia, & relationibus, atque ideo dixit necessarium esse inter illa ad componenda ista haec contradictoria distinctionem formalem ex natura rei actualem majorem distinctionem virtuosam, & rationis, minorem vero distinctionem simpliciter reali, quae est inter rem, & rem; merito cuius distinctionis etiam absque contradictione poterit ab intellectu cognosci animalitas hominis, non intellecta ejus rationalitate, vel e contra, itemque homo actu a parte rei cum bruto in animalitate convenire, non vero in rationalitate, sed in parte rei, quod eodem pacto verificari poterit merito distinctionis formalis posse animalitatem hominis existeri, & non existeri ejus rationalitate, item produci animalitatem, & non rationalitatem quemadmodum urgebat contra Thomistas ponentes etiam distinctionem virtuosam. Non, inquam, contra nos urget illa instantia, tum quia nos non dicimus distinctionem ex natura rei formalem aequivalere prorsus distinctioni reali, atque ideo componere posse omnia contradictoria, quae componere valet distinctio realis, ut realis, ut Thomista dicebant de distinctione virtuali; tum quia absolute loquendo contradictoria illa cognosci, & non cognosci, convenire, & non convenire, differre, & non differre, non sunt ejusdem rationis cum illis existere, & non existere, produci, & non produci, destrui, & non destrui, licet enim ea quae repugnant, quoad veritatem, non tamen quoad distinctionem inferendam, existant, quae contradictoria secundum ordinem pertinent ad esse essentialia, ac entitativum rei, atque ideo inferunt distinctionem realem, inter extrema de quibus verificatur, ad contradictoria primi ordinis non semper tantam inferunt distinctionem, quia inferendum verificari possunt praesentate, diversarum formalitatis inter essentiam, & relationes, ita in homine possit produci animalitas non producta rationalitate ratione ejusdem formalis distinctionis, quod adnotare volui ad solvenda argumenta

Maffri. Metaph. p. 1. Tom. II.

luis distinctio, & consequenter etiam eadem contradictoria componere, sicut Solem aequivalere dicimus igni, quia aequo bene potest producere calorem perinde, ac si esset formaliter ignis. Sane cum mica salis haec aequivalentia est intelligenda, non autem sic absolute, ut intelligunt Thomista, ut nimirum haec aequivalentia sit virtualis tantum, & non formalis, quatenus eminentia, vel illimitatio rei praesentat potest occasionem intellectui cum inadaequate considerandi cogitandi in ea plures veluti res, ut realitates abinvicem condistinctas, ideoque inter eas fingere distinctionem quandam veluti realem, aut formalem ex natura rei actualem, adeo ut talis distinctio virtualis compleatur in esse distinctionis, & fiat actualis accedente opere intellectus; & in hoc sensu tantum citra errorem intelligi potest distinctionem virtuosam aequivalere reali, vel formali, si enim diceretur aequivalere formaliter ante opus intellectus, & non virtualiter tantum, tunc ante opus intellectus, faceret extrema, inter quae cadit, realiter aequaliter distincta, & non tantum virtualiter, & sic esset distinctio actualis ex natura rei, & non virtualis tantum. Et cum asseritur exemplum de Sole, qui calorem producit, ac si esset formaliter ignis, unde deduci videtur distinctionem virtuosam, ita in rigore, & ex natura rei distinctio, quae aequivalent contradictoria ejusdem rationis componere. Resp. utique, distinctionem virtuosam considerari posse tum in ordine ad effectus extra productos, vel producendos tum in ordine ad praedicata, quae independentes ab hac virtuali distinctione sine contradictione verificari non possunt eidem entitati convenire, & quidem in ordine ad effectus videmus causam universionalem, puta Solem, eundem speciem calorem producere, quem produceret ignis, & ad hoc ejus eminentia sufficit, ut ostendat experientia ipsa, caeterum non sufficit, ut ita distingui possint a parte rei virtus calefacitiva, & excicativa in ipso, quemadmodum distinguuntur in igne, quantumvis ejus eminentia aequivalent igni, & distinctio virtualis actualis, & hoc etiam ostendit experientia ipsa, vel manifesta ratio a posteriori, & ideo virtus productiva, & distinctiva in rebus superioribus ordinis pari passu quantum ad hoc procedere non videntur, unde ab una ad aliam arguere non valet.

Hinc etiam gratis concedendum est Recentioribus supra citatis, num. 241. distinctionem virtuosam nequaquam utilem esse in divinis ad explicandum Trinitatis mysterium, & contradictoria componenda de essentia, & relationibus pronuntiata, quia contradictoria illa verificatur actu a parte rei, & ideo extrema, de quibus verificatur, supponunt a parte rei aliquo pacto actu distincta, & pluralitatis, & ideo non sufficit sola distinctio virtualis inter illa, sed debet esse major nempè actualis ex natura rei formalis, qualem ponit Scotus. Et eadem ratione non sufficit distinctio virtualis inter gradum genericum, & differentialem ad compositionem metaphysicam constituendam, & convenientiam fundandam unius speciei cum alia, vel differentiam unius ab alia, quia talis convenientia, & disconvenientia est actualis, & a parte rei, nam actu a parte rei homo per animalitatem cum equo convenit, & per rationalitatem differt ab ipso, & ideo verificari debent haec, & similia contradictoria merito plurium formalitatum ex naturae rei in homine imbibitaram, non autem plurium dumtaxat conceptuum ab intellectu penduntium. Neque argumenta, quae urgebant Recentiores contra distinctionem virtuosam, possunt urgeri ita commode contra nostram formalem distinctionem, quia hanc non dicimus aequivalere reali, ut dicebant Thomista de virtuali, tum quia cum haec nostra distinctio formalis sit actualis ex natura rei opus omne intellectus antecedens, bene sufficit ad componenda praedicata contradictoria de eadem re, & existere non sint contradictoria prima, quae respiciunt esse, & existeri rei, nam ad haec componenda utriusque requiritur distinctio realis simpliciter inter extrema, de quibus verificatur, verum adhuc tamen est majorem vim habere distinctionem formalem in divinis ratione infinitatis, quam in creatis, unde ratione ipsius contradictoria nonnulla verificari possunt in divinis, quae nequeunt verificari in creatis, ut verbi gratia eandem numero naturam esse in tribus suppositis realiter distinctis, non tamen eandem personalitatem cum ipsa realiter identificatam, item filiationem identificatam cum essentia productioni producta ipsa essentia, quae quidem contradictoria hic in creatis distinctionem realem inferre solent inter extrema, de quibus verificatur; sed in divinis non inferunt, nisi solam formalem ob illimitationem divinam naturae, quae una numero, & simplicissima est in tribus, ac etiam quia aliter fit productio in creatis, aliter in divinis, nam in creatis terminus formalis productionis habetur in producto per veram productionem naturae, & totum productionem acquirere novum esse tam essentiae, quam existentiae, sed in divinis terminus formalis non producitur in supposito producto, sed ea e productuente communicatur idem numero, quem in re praehabebat, quia est unica natura in tribus divinis suppositis, & totum productum acquirat solum distinctum esse substantiae incommunicabile, non autem distinctum esse essentiae, & existentiae, & ideo a divinis ad creatas argumentari non valet, quod sicut Filius in divinis produci secundum filiationem, non tamen secundum essentiam, cum quae realiter identificatur, ratione distinctionis formalis veritatis inter essentiam, & relationes, ita in homine possit produci animalitas non producta rationalitate ratione ejusdem formalis distinctionis, quod adnotare volui ad solvenda argumenta

V 2 illa-



Illorum Recentiorum, si fierent contra nostram formalem distinctionem.

245. Verum tamen quomodo non sit tanta utilitas distinctionis virtualis, quam antea dicitur Thomista, ut hactenus visum est, nihilominus neque adeo inutilis est, ut sic prolixus abigenda, & a creatis, & a divinis, ut volebat Otvid. nam utrobique suo modo necessaria est, quam necessitatem ex nostris agnovit Vulpes p. 1. tom. 1. disp. 6. art. ult. nu. 2. & ibi probat ex distinctione inter gradus metaphysicos necessaria, constat inquit predicata transcendentia, & predicamentalia, quae enunciantur de eadem re, ut sunt ratio entis, ratio substantiae, corporis &c. non distingui ratione rationante tantum, quia verè ex natura rei dicitur ens, substantia, corpus, &c. alio, & alio modo comparatione intellectus in adaequate concipientis, neque distingui possunt ex natura rei ad aliter, quae ejusmodi distinctione expostulat formaliter plures realitates, ut monet Scot. 1. dist. 8. quaestione 2. lit. Q. & 2. 6. 2. quaestione 7. Et unde sequitur manifestè praedicta praedicta distingui distinctione rationis rationante. At quomodo hic Auditor rectè fateatur necessitatem distinctionis virtualis etiam in schola nostra, non tamen rectè eam deducit ex distinctione graduum metaphysicorum promissive sumptorum, quia longe diversa est ratio de gradibus transcendentibus, & predicamentibus; cum enim transcendentibus propriis non praesentent realitates, sed tantum conceptus inaequatos ejusdem rei, & realitatis, ut constat ex tota disp. 2. de natura entis, non nisi virtualiter, ac distinctione, ut inquitur, ratiocinata inter se differre possunt; cum autem ex alia parte gradus predicamentales proprias praesentent realitates, quarum singula propriis conceptibus adequatis explicari valent, ut docet Doctor ex professo 2. d. 3. quaest. 1. & seq. & nos infra disp. 8. qu. 6. art. 2. ac etiam disp. 9. per totam, plane non tantum virtualiter, seu distinctione ratiocinata perunt ab invicem distingui, sed etiam distinctione formaliter ex natura rei actuali omne opus intellectus anteverteat; bene ergo inducitur necessitas, & utilitas distinctionis virtualis in creatis ex distinctione graduum transcendentium, non tamen praedicta mentalium ob a signatam discrimina inter illa; cumque hoc quoque discrimen Vulpes ipse alibi inter praedicta praedicta non semel agnovit, & barde nimis loc. cit. ex utriusque promissive necessitatem distinctionis virtualis deducit, cum praesic ex distinctione graduum transcendentium, tam deducere debuerit, utilis ergo, immò necessaria est in creatis distinctio illa virtualis ob distinctionem graduum transcendentium, & sic sic jam dudum notavimus disp. 1. Logic. quaest. 5. artic. 2. declarando distinctionem rationis in solutione ad 2.

246. Sed in divinis quoque utilis est, ac necessaria hae distinctio, non quidem ob distinctionem relationum originis, aut attributionum a divina essentia, vel ab invicem, quia satis constat apud Doctorem haec omnia inter se, & ab essentia distingui formaliter, quales ex natura rei distinctione illa mediante inter distinctionem simpliciter ealem, & rationis, quam declaravimus quilibet praeced. ut constat ex 1. d. 2. quaest. 7. & d. 3. quaestione 4. & ubi frequenter, sed necessaria est ob distinctionem praedictorum quidditativorum tum inter se, tum a divina essentia, quia sunt ens, substantia, spiritus, &c. haec enim nequaquam poni possunt inter se, vel ab essentia ex natura rei actualiter distincta; sicut ponuntur attributa, quia cum se habeant sicut superiores, & inferius, vel sicut magis commune, & minus commune, si proprias praesentent realitates inter se ex natura rei formaliter distinctas, plane concurrerent ad constitutionem divinae essentiae faceret compositionem metaphysicam, quia tunc una esset potentia ad aliam, quando de divinis attributis invicem comparatis, etiam si proprias dicant realitates, minime sequitur, quia non se habeant sicut superiores, & inferius, sed veluti perfectiones disparatae, & unaquaeque in actu ultimo constituta. Et hoc etiam palam deducitur ex ipso Doctore, ut bene Vulpes notavit loc. cit. nam 1. d. 3. quaest. 3. lit. F. & ad 1. princip. ait, quod cum intellectus Deum concipit sub conceptibus entis, substantiae, spiritus, qui sunt ibi communes cum creaturis, non ejusmodi conceptus arbitrari à diversis realitatibus, quibus innitantur, sed ab eadem omnino realitate, quatenus est imperfecta, seu inadaequate concepta, cum ergo ens, substantia, spiritus, non in dantur in Deo proprias realitates, sed solos conceptus inadaequatos ejusdem realitatis, certè praedicta quidditativa Dei distinctionem formalem ex natura rei actualem fundare nequeunt, sed tantum virtuale. Hinc quoque 1. vocat Doctor naturam divinam simpliciter unam non unitate formali, quia cum ea, & inter se habeant omnia praedicta, quae nostro intelligendi modo eam quidditative constituent, & secundum hanc unitatem formalem distinguitur ex natura rei actualiter ab attributis, & relationibus divinis, cum ergo praedicta quidditativa Dei constituent unum formaliter, vel potius sint formaliter unum, & idem cum divina essentia, quod sensu non sunt idem cum ipsa relationes, & attributa, concludendum est, praedicta quidditativa non posse fundare distinctionem illam formalem actualem, à divina essentia, aut inter se, quam fundant attributa, & relationes divinae, sed tantum virtuale, seu fundamentalem.

Hic ulterius disputari solet, num distinctio virtualis sufficiat ad componenda contradictoria de eadem re a parte rei pronuntiata, an potius requiratur etiam distinctio aliqua actualis praecedens

omnino opus intellectus. Capreolus 1. d. 8. quaest. 1. art. 2. ad 6. resolvens hoc quaestum inquit, tunc contradictoria praerogare in subiecto distinctionem a parte rei, quando singula extrema verificentur de subiecto toto, & totaliter, at verò quando verificentur de toto, sed non totaliter, tunc non praerogant distinctionem ex natura rei actualem, sed sufficere virtuale, & fundamentalem, secundum quam una res propter suam illimitatam aequivalat multis perfectionibus limitatis, de quibus verificari potest sunt illa extrema contradictoria, quae modus dicendi communis est & frequentissimus in Schola Thomistarum. Hinc solvit Capreol. argumentum de essentia, & relationibus in divinis deducendum ex contradictoriis, quod essentia communicatur, relatio non communicatur, quia haec, & similia praedicta non sunt contradictoria, cum non fumantur respectu ejusdem subiecti totius, & totaliter, sed totius, & non totaliter, & sic etiam respondent Thomista ad idem argumentum ex contradictoriis, cum sit in creatis de gradibus metaphysicis, puta quod homo convenit cum bruto in animalitate, non verò in rationalitate, id enim ajunt non convenire humanitati secundum se totam, & totaliter, quia non convenit animalitati, ut est idem cum rationalitate.

247. Oppositum tamen constat ex dictis in superioribus, nempe contradictoria a parte rei, de eodem subiecto verificari non posse nisi praecedat aliqua distinctio actualis a parte rei, five realis, five saltem formalis, & nequaquam ad hoc sufficere distinctionem rationis five ratiocinantis, five ratiocinatae, aut virtuale, ita jam dudum resolvimus hoc quaestum in terminis disput. 9. Logic. quaest. 1. artic. 2. §. Quodammodo, & ita expresse docuit Doct. 1. dist. 2. quaest. 7. §. sed hic refut. & dist. 8. quaest. 1. ubi Licher. Varg. Vig. Pofanensis, & alii expostores Bassol. 1. dist. 22. quaest. 3. art. 1. Bonet. lib. 3. Metaph. cap. 8. Formalitatem perunt tract. formalit. art. de distinctione ex natura rei, Major. 1. dist. 8. qu. 5. §. hic sunt osto, ubi modum dicendi Thomistarum, ad salvandas contradictiones in divinis impugnat ex professo, & more suo quadrupliciter probat ad salvandam contradictionem ex natura rei non sufficere in subiecto distinctionem virtuale. Primo quia ubi convenit sicut extrema contradictionis formaliter, ibi sunt quia ubi convenit contradictionis formaliter, ergo, & similia; tunc arguitur sic illud fundamentum, quod est formaliter in Deo, aut est penitus idem, aut non; si non, habetur propositum; si sic, ergo in eodem formaliter omnino indistincto fundantur extrema contradictionis formaliter, quod est impossibile. Secundo quodcumque aliqua contradictio salvatur in aliqua natura secundum aliquem modum fundamenti quomodo ponitur ibi fundamentum, & contradictio ibi ponitur, si ergo fundamentum istius contradictionis non est ibi, nisi virtualiter, ergo, & contradictio non erit ibi, nisi virtualiter, quod est fallum, quia contradictoria enunciantur in divinis ex natura rei actualiter, de essentia, & relationibus. Tertio quod inest virtualiter alicui est tale secundum quid, & quod inest formaliter, est tale simpliciter, ut constat de Sole, & igne respectu caliditatis, tunc sic arguitur, illud quod est alicui formaliter, & per consequens simpliciter, non potest inesse per illud, quod inest illi secundum quid, sed affirmatio, & negatio, & extrema multarum contradictionum sunt in Deo formaliter, & per consequens simpliciter, ergo non possunt sibi inesse per illud, quod convenit Deo virtualiter, quod est solum secundum quid, nam ut dictum est, distinctio virtualis non est proprie distinctio; & formaliter, sed tantum aequivalenter, ubi convenit, est invenire formaliter terminos primi principii, ibi est invenire veritatem ejus, sed in Deo formaliter invenitur ens, & affirmatio, & negatio, quae sunt hujusmodi termini, ergo, & veritas ejus, quae est, quod non convenit omnino idem affirmare, & negare de eodem secundum idem. Demum, hoc ipsum probari potest ex illam solutione data à Capreol. ad argumentum ex contradictoriis deductum, cum enim inquit haec non esse praedicta verè contradictoria, essentia communicatur, relatio non communicatur, quia non fumantur respectu ejusdem totius, & totaliter, sed totius, & non totaliter, est perinde ac si diceretur, quod illa praedicta enunciantur utique a parte rei de eodem subiecto toto, sed non totaliter, id est, non secundum idem, seu secundum eandem formalitatem, sed diversimodè, esse actualem ex natura rei, seu actu veritari in divinis essentia non daretur, eo ipso quod illa praedicta enunciantur de tota essentia, enunciantur quoque de tota, & totaliter sumpta, quia est ens, enunciantur omnino indivisibilibus a parte rei in plures formalitates. Vide Aureol. quaest. 3. art. 2. ubi ipse quoque probat hanc distinctionem virtuale in divinis non sufficere ad tollendas contradictiones, & ejus praecipuum fundamentum est, quia causa in actu, & effectus in actu simul fundantur ex 5. Phys. & 5. Met. sed radix, & causa contradictionis est distinctio, unde contradictio signum est distinctio, velut ejus effectus, ergo contradictio formaliter, & actualiter vera, qualis est illa, essentia communicatur, relatio non communicatur arguere debet distinctionem formalem actualem, & non virtuale tantum, quod argumentum amplius prosequor contra Cajet. disp. 1. Log. q. 5. art. 2.

248. Fortè dices cum Nominalibus, posse per distinctionem virtuale contradictoria componi tum in divinis, tum in creatis, si

ex

Explicitur per connotata extrinseca diversa, nam, in divinis v. g. essentia divina dicitur sapientia, misericordia, justitia, & iustitia non verificatur sapientia, quia haec nomina non sunt imposta ad significandam essentiam secundum se, sed ut connotat diversos actus, & effectus, nam iustitia denominat essentiam, ut habet adum cognitionis, & sic de aliis; quod si praedictas illa connotata, ibi nulla est distinctio, & nulla negatio unius de altero, sed essentia est iustitia, & iustitia est sapientia, quia omnia sunt una simplex perfectio; ita significat Gabriel 1. dist. 2. q. 1. & q. 11. & sic patet dicitur de contradictoriis in creatis, quod homo dicitur animal, quatenus connotat adum sentiendi, rationalis verè quatenus connotat adum intelligendi, vel discurrendi, & ratione horum connotatorum verificari contradictoria de homine, quod per animalitatem convenit cum bruto, non verò per rationalitatem, quibus connotatis praecisus animalitas in homine est formaliter rationalitas, & e contra. Ceterum ad hanc doctrinam Nominalium eliminandum recolendum est, quod diximus disput. 8. Logic. quaest. 3. artic. 1. in fine, & 1. part. Inst. trad. 1. cap. 4. connotationem proprie pertinere ad modum significandi, & idem potius in nominibus reperiri, quam in rebus, ut ibi explicatum est, cum ergo contradictio nedum in nominibus, sed proprie rebus reperitur frustra ad connotata recurrit ad componenda contradictoria, licet enim id jurare possit ad componenda contradictiones in nominibus, non tamen in rebus. Tum quia iustitia in Deo est perfectio quaedam attributiva, & ut principium iustitiae formaliter in Deo existens, sed perfectio formaliter in Deo existens non est ens connotativum; quia esset ordinatum ad aliud, à quo in sua ratione intrinseca, & quidditative extrinsece penderet. Tum quia non omnia entia sunt connotativa, & tamen de quolibet verum est affirmare, vel negare, ergo recurrit ad connotata esse jurare possit ad componenda contradictoria in entibus connotatis, non tamen in aliis. Tum quia connotata hanc actum v. g. sentiendi, & non connotare vel contradictoria, quae a parte rei verificatur in homine de animalis, & rationalis, quae igitur quae a parte rei unum de uno verificatur, & non de alio, & quidem ad connotata alia recurrere non potes, quia tunc in connotatis in infinitum abiretur, ergo dicere teneris hoc esse, quia non sunt omnino idem a parte rei. Et quidem hac via nempe per diversitatem connotatorum componi non posse contradictiones in divinis gratis concedit, & probat Aureol. cit. §. secundam propositionem. Quare ex dictis concludendum est ad componenda contradictiones a parte rei enunciatas, & verificatas non sufficere distinctionem rationis, five ratiocinantis, five ratiocinatae, de quibus statim quaest. seq. nec distinctionem virtuale etiam per connotata explicatam, sed omnino necessariam esse distinctionem ex natura rei actualem, five realem simpliciter, five solum formalem secundum qualitates, & conditionem praedictorum contradictoriorum juxta regulam traditam superius in hac disp. n. 247. Vide Maior. loc. cit. 1. dist. 8. qu. 3. §. hic sunt osto, ubi omnem viam praedictam salvandi contradictiones in divinis praeter assignatam à Doctore 1. d. 2. q. 7. & d. 8. qu. 4. alibi frequenter. Hic declarandum superest, quod dicit identitas virtualis, ut opponitur virtuali distinctio; sed quia facillimum est ex doctrina jam tradita de hujusmodi distinctione oppositam quoque identitatem distinguere, ad alia pergo.

In fine hujus quaest. rem non parvi momenti velim advertas, non esse univocaliter verum, quod ajunt Thomista, extrema distinctio virtualis habere esse actu in re, quae sic distinguitur, licet non sint actu distincta, undè existentia eorum est actualis, sola verò distinctio, & pluralitas est virtualis, & eminentialis; licet enim sic hoc aliquando verum, ut constat de praedictis Dei quidditativis, & gradibus transcendentibus; nam re vera cum distinguitur in Deo entitatem, substantiam, spiritum, &c. in Deo a parte rei invenitur ratio spiritus, & substantiae, & vel intellectus eas partitur in duplicem rationem obiectivam, atque idem non dat ibi existentiam, sed distinctionem; non tamen est univocaliter verum, ut dicebam, quia contingere potest, quod extrema hujus distinctio continetur virtualiter tantum in re, sed distinctio, nedum quod pluralitatem, sed etiam quod entitatem, & existentiam, ut patet in consueto exemplo de calore, & siccitate in Sole, in quo virtualiter, ac eminenter continetur, nedum quod distinctio, & pluralitatem, ut dicitur de gradibus transcendentibus, & praedictis Dei quidditativis, sed etiam quod entitatem, & existentiam, quia non existunt a parte rei actualiter in Sole, alioquin Sol diceretur formaliter calidus, & siccus, sed tantum virtualiter, & sic patet, quomodo duplex modus assignari potest distinctio virtualis, unus est, quo sola distinctio est virtualis, non autem contentiva distinctio, alter est, in quo tam distinctio, quam contentiva distinctio est virtualis, ut patet in allatis exemplis de gradibus transcendentibus pro primo, & de calore, & siccitate Solis pro secundo.

249. Pro tituli quaestiois intelligentia notandum ex Scoto 1. d. 2. qu. 7. §. sed hic refut. identitatem, & distinctionem rationis bifariam usurpari posse, primo sumendo rationem pro ratione formata ab intellectu, secundo sumendo rationem pro quidditate rei secundum quod quidditas est obiectum intellectus, quo sensu saepius dixit Arist. aliqua esse idem subiecto, & differre ratione, ut 1. Phys. 60. & 68. de materia, & privatione, & 4. Met. tex. 3. de ente, & uno, & 3. Phys. tex. 21. de motu, & actione, & passione, & 10. Met. tex. 2. de igne, & elemento, quibus in locis, apud Arist. distinguitur ratione non utique significat fecerit per intellectum, sed ratione formali obiecti, seu definitione, quae potest esse distinctio omnino à parte rei, & ante quodcumque opus intellectus, praesertim si definitio consistat ex genere, & differentia, vel saltem tradatur per conceptum rei, vel realitatis adaequatum, non ergo hoc secundo modo sumitur hic distinctio rationis, sed primo modo dumtaxat prout toto genere fecerunt à distinctione ex natura rei, quo pacto dividunt distinctionem, ut sic, communem ad realem, & rationis, quam quoque doctrinam tradit Mag. Sireducus cum ceteris formalitatis tr. de formal. in praesenti art. de identitate, & distinctione rationis. Rursus adnotandum, quod cum distinctio rationis formaliter praesentat relationem quandam dupliciter considerari potest, eo modo quo haec deus de aliis distinctionibus diximus servata proportione, primo ratione relationis impotatè sequendo autem ratione fundamenti, vel extremum, quae plura esse habent per rationem contentantem, & ad quae praefata relatio consequitur; hinc non est fermo de distinctio rationis primo modo inspecta, quia ibi eo sensu etiam distinctio formalis ex natura rei, & realis negativa dici possent relationis rationis cum singulae istarum relationem rationis impotentem secundum probabiliorum Scotistarum, ob defectum conditionum necessariarum requisitarum ad relationem realem, sed loquimur de distinctio rationis secundo modo sumpta, quo sensu specialiter dicitur rationis, quia versatur inter ea, quae plura esse habent per rationem considerantem. Et tandem de ista loquimur non precise, ut stat pro distinctione rationis ratiocinantis, quae non habent fundamentum in re, sed pro distinctione rationis communem ad distinctionem rationis ratiocinantis, & ratiocinatae, quae dicitur habere fundamentum à parte rei, de qua duplici ratione distinctio postea dicam, quare hic intendimus explicare notionem identitatis, & distinctionis rationis communis sumptas, de quod advertendum est, nec in communem includimus errorem nostrorum Formalistarum, qui definiendo distinctionem rationis absolute sumptam assignant definitionem distinctionis rationis ratiocinantis, dum ajunt illa distingui ratione, quae per actum collativum intellectus distinguitur precise, & postea distinctionem rationis dividunt in distinctionem rationis ratiocinantis, ac rationis ratiocinatae, qui forte tamen per hoc excusari possunt, quia distinctionem rationis ratiocinatae non putant esse veram, & propriam speciem distinctionis rationis, sed pertinere prolixus ad distinctionem ex natura rei, vel formalem, omnem verò distinctionem rationis concludunt intra genus illius distinctionis, quae fit per actum collativum, ut Mag. Sireducus palam hoc explicat in textu §. secundum sequitur, dum inquit, quod ubi alii distinctionem rationis cum fundamento in re vocant rationis ratiocinatae, vel ratiocinabilis, formalizantes vocant distinctionem ex natura rei, & quod ipse sumit distinctionem rationis pro ea, quae est precise, & solum à potentia ratiocinante, undè illam divisionem ipse putavit esse aequivocam in equivocata.

250. Quia ergo Formalitae nullam agnoscunt distinctionem, quae proprie possit dici rationis praeter distinctionem rationis ratiocinantis, quod non omnino verum arbitramur definitionem, quam assignant identitatis, & distinctionis rationis, huc adducere opus non erit, quia solum convenit identitatis, & distinctionis rationis ratiocinantis, sed eam art. sequenti, examinabimus, ob ipseque verifigabimus notionem distinctionis ratiocinantis; hic autem inquirere debemus definitionem distinctionis rationis, ut sic, quo pacto fecerunt immediate à distinctione ex natura rei actuali, & praeter quodcumque opus intellectus, & sub se comprehendit, velut ejus species, tam distinctionem rationis ratiocinantis, quam distinctionis ratiocinatae; haec namque quomodo habeat fundamentum, & motivum à parte rei ad eam fabricandam, totam tamen actualitatem suam, ac complementum accipit ab intellectu cogitante, & sic in esse distinctionis pender ab intellectu, & ideo proprie censeri debet species distinctionis rationis, non autem distinctio ex natura rei actualis, ut inferius contra nostros Formalistas probabitur, ex quo tandem palam deducitur non debent ab ipsis defini distinctio rationis absolute sumptam, dum inquit illa distinguit ratione, quae distinguitur per actum collativum intellectus precise, quia haec definitio, non nisi distinctionis rationis ratiocinantis convenire potest, quam etiam forte nec explicat adaequate, ut mox videbimus. Communis itaque modus definiendi distinctionem rationis, ut à toto genere distinguitur à reali, seu ex natura rei, est, quod sit distinctio, quae solum esse actualem habet per opus intellectus, & ideo dicitur rationis, quia fit illa distinctio censetur realis, vel ex natura rei, quae invenitur in rebus.



rebus preter opus intellectus, ita illa est ratio, que habet suum esse in esse distinctionis per intellectum, per quod infirmatur sub hac definitione distinctionis rationis, ut sic nedom comprehendit distinctionem rationis rationis, sed etiam rationis rationis, quia etiam habet aliquale esse in rebus, in esse distinctionis tamen non habet illud actualiter, & formaliter, sed tantum virtualiter, & fundamentaliter, unde in esse distinctionis actualis perficitur solum, & aduatur ab intellectu, ita. Rationes passim assignant notionem distinctionis rationis, ut sic, ut videtur esse apud Suarez disputatione. 7. Metaph. section. 1. Fonsec. 5. Metaph. question. 6. section. 3. ita etiam frequenter loquuntur Formalis nostridum distinctionem rationis dividunt a toto genere a distinctione reali, vel ex natura rei, quia illa fit per opus intellectus, hanc vero habet omnino esse preter opus intellectus, immo sic etiam loquitur Scotus loc. cit. dum ait, distinctionem rationis proprie loqui pro differentia formata a ratione, hoc est ab intellectu.

251. Ceterum, ut bene Pasqualis, advertit tom. 2. Metaph. disput. 53. section. 2. quavis verum sit per hoc bene fecerit distinctionem ex natura rei a distinctione rationis, quod videlicet hanc habet esse in rebus per operationem intellectus, illa vero an hanc habeat ad omnia opus intellectus, re tamen vera non explicat rationem formalem distinctionis rationis, quia procedit per causam effectivam distinctionis, non per formalem, ut ergo per causam formalem, quantum fieri potest, procedamus ad vestigandum notionem distinctionis rationis, de ipsa discurrere debemus per analogiam ad distinctionem realem, vel ex natura rei cuius ratio a priori est, quia cum quicquid ab intellectu molitur non nisi cum ordine quodam, & proportione ad id, quod est a parte rei fabricatur, ut constat in formatione entis rationis, quod cum ordine ad ens reale, fabricatur, quemadmodum dictum est disp. 3. Logic. quest. 2. art. 2. §. quarto. *Invenendum est*, consequenter in proposito dicendum est, quod distinctio quoque rationis cum proportione ad realem distinctionem debet formari, & per analogiam ad ipsam declarari, sicut ergo in precedentes dictum est distinctionem ex natura rei fundari super pluralitatem, & multiplicatam ex natura rei, que si fuerit pluralitas rerum, fundabit distinctionem realem simpliciter, si fuerit pluralitas realitatum, fundabit distinctionem formalem, ita in proposito dicendum est, distinctionem rationis fundari in rebus plurali, seu super extrema diversa per intellectum tantummodo, sed eadem prolixi a parte rei, & sicut non possunt habere distinctionem realem, nisi duo extrema habeantur inter se nullo cogitante, diversa ita ut unum a parte rei non sit aliud, ita nec habere potest distinctionem, nisi habeantur duo extrema per intellectum distincta secundum diversum esse rationis, ita ut apud intellectum inadaquate concipientem verum sit dicere, quod ratio obiectiva unius non est ratio obiectiva alterius, dixi apud intellectum inadaquate concipientem, quia si talis discretio heret ab intellectu per diversas rationes obiectivas inadaquate quidem respectu totius entitatis, quia singulari important propriam realitatem, ad que conceptu expressibilem, tunc talis distinctio rationis non esset, quia interveniret ratio ad illam utique cogitandam, non tamen ad illam faciendam, quia rationes obiective inadaquate non sunt ab intellectu in rebus, sed tantum rationes obiective inadaquate, ut notat Doctor quod. 1. lit. Q. cum ait esse in intellectu non dare obiecto rationem quidditativam.

Hoc etiam confirmari potest per viam contradictionis, que etiam utitur Formalis ad investigandam distinctionem rationis, nam ut sapimus dictum est, quolibet contradictio semper inferat aliquam distinctionem, & quidem talem, qualis est conditio contradictionis, cum de eodem secundum idem contradictoria verificari non possint, cum igitur distinctio rationis verificanda sit, & declaranda per analogiam ad realem, sicut que fundant omnino primam contradictionem, ut esse, & non esse, secundum rem distinguuntur, seu distinctione reali entitativa, & que fundant contradictionem a parte rei secundum diversa tantum predicata formalia, fundant distinctionem tantum formalem, ita, que contradictionem fundant secundum diversum esse rationis dum taxat, ut cum de Petro in propositione identica verificatur, quod fit subiectum, & non fit subiectum, quod fit predicatum, & non fit predicatum, solum ratione distinguuntur, ita quod distinctio inter illa duo verificatur, quando intellectus operatur non aliter, nec alio modo, qua operatione cessante sunt idem propriis actu a parte rei, que antea erant ratione distincta. Ex quo constat distinctionem rationis non per se fecerit a distinctione ex natura rei, eo quia distinctio ex natura rei importat relationem realem, & distinctionem solum relationem rationis, tunc quia falsum est distinctionem ex natura rei, ut sub se comprehendit etiam formalem distinctionem, importare realem relationem, quia ut sapimus dictum est, nullam talem relationem importat formalis distinctio, ut præstantiores Scotiæ docent, & Deus realiter distinguuntur a creaturis, & ipsæ creature possibiles inter se, cum tamen inter illa non sit ratio realis, tunc quia in hac disputat. de identitatibus, & distinctionibus numquam de distinctione locuti sumus ratione relationis formaliter importate per ipsam, sed de distinctio-

ne ratione fundamenti, seu extremorum, ad que talis relatio nata est consecuti, & ideo distinctio realis, & ratione differunt ratione extremorum, quia distinctio ex natura rei exigit extrema realia, & pluralitatem rerum, vel scilicet realitatem, sed distinctio rationis exigit extrema, vel que sunt entia rationis, ut sunt due secundæ intentiones, vel que scilicet habent pluralitatem ex in intellectu rem inadaquate concipientis, ut cum gradus entis, substantiæ, & spiritus in Deo concipiuntur, ut plures realitates, & formalitates ipsam quidditativam consistunt, ex quo tandem constat distinctionem rationis non sic appellari, quia semper verificatur inter entia rationis præcisè, ut multi sunt opinati.

252. Ex dictis de distinctione rationis facile erit colligere, quid sit identitas rationis, quia oppositum proportionatè ad eam doctrina, quatenus opposito modo de ipsis philosophari debemus, unde sicut distinctio rationis dicitur divertere secundum plura esse rationis, ita identitas dicitur negationem talis diversitatis, vel per talem negationem explicari debet, unde identitas rationis erit, quia aliqua sunt idem omnino, vel aliqua est idem ipsi etiam in ordine ad intellectum concipientem, atque ita si quis dignus potest identitatem rationis erit, quando idem secundum diversum esse rationis non possunt fundare contradictionem, quia si fundare contradictionem in aliquo esse rationis est signum distinctionis rationis, ut dictum est, ergo secundum tale esse rationis non fundat contradictionem est signum evidens identitatis rationis. Contra. A simili, quia sicut nullam fundare contradictionem ex natura rei, est signum identitatis ex natura rei, ergo pariter nullam fundare contradictionem in aliquo esse rationis arguet identitatem rationis.

Contra prædicta arguitur. Primo probando distinctionem rationis non bene describi per ordinem ad intellectum, nam ibi cadere opus est distinctionem rationis, ubi plura esse rationis interveniunt, quia distinctio rationis ex dictis fundatur super pluralitatem ipsorum esse rationis, sed possunt plura esse rationis intervenire, ubi nulla sit denominatio a conceptu mentis, ergo distinctio rationis poterit cadere inter aliqua, que nullum ordinem habeant ad diversas denominationes derelictas a conceptibus mentis, minor probatur, quia cum eadem columna est mihi dextera, & tibi sinistra, tunc plura esse rationis interveniunt, cum tamen nullus sit denominatio a conceptibus mentis, ab aliquo conceptu mentis, sicut etiam color quatenus visus, & sonus quatenus auditus, ut substantia illi extrinsecus denominationibus, ab invicem ratione seceruntur, & tamen non sunt denominationes pendentes a diversis conceptibus mentis. *Contra. Quæ. sap. inquit Doctor aliqua distinguuntur ratione, que tamen esse diversum denominationis non habent a conceptibus mentis, sed ex eo, quod alias, & alias habitudines terminant, hoc patet ait, Deum Creatorem distinguunt a Deo conservatore, & Deum iustificatorem a Deo glorificatore.*

Resp. quod sicut denominationes extrinsecas aliunde, quam ab intellectu provenientes, sunt materialiter entia rationis, eo quod cum nihil sint in re, per rationem tamen possunt concipi ad modum verorum entium realem absolutorum, vel respectuorum, & sunt formaliter entia rationis, cum per rationem ad hunc modum actu concipiuntur, ut declaratum est disputatione tertia Logica questione quarta, articulo primo sic etiam in hoc eodem sensu dici possunt extrema rationis, atque ideo apta fundare distinctionem rationis, & sic dicemus columnam dexteram ratione distinguuntur seipsa sinistra, & Deum creatorem a seipso conservatore. Dices, hac ratione non videri sufficienter salvari rationem nominis huius distinctionis, quia extensus rationis videtur dici, quia est a ratione, & petitur pens. denominationes extrinsecas derelictas a conceptibus mentis, sed hac ratione præcisa solum, quia scilicet illud plurificatum esse denominationis, unde quæque illa sit, non est ens rationis, nisi vel quia per rationem concipiuntur ad modum veri esse, vel scilicet ita natum est concipi, ideoque plurificatum esse per rationem est, & in ordine ad rationem.

253. Secundò arguitur, quod non bene dicatur distinctio rationis verari necessario inter extrema rationis, verari enim potest inter extrema realia, ut constat de predicatis Dei quidditativa, & gradibus transcendentibus in sententia nostra hæc omnia inter se distinguuntur distinctione rationis ratiocinate, cum tamen hæc non sint entia rationis, sed realia, sic enim distinguuntur plures Ideæ in divina essentia, que tamen non sunt entia rationis, sed res ipsa possibiles ad extra, ut sunt sub esse cognitio divina. Deinde talis entia rationis distinctio intervenit, quando unum extremum est reale, & genus intervenit distinctionem rationis, & non majorem. Denum distinctio realis infer distinctioem rationis, quia major infer minorem, ergo possunt aliqua distinguuntur ratione, que realiter distinguuntur, & sunt extrema realia, & realiter distincta.

Resp. quod distinctio rationis in hoc sensu, ut explicatum est, dicitur exigere extrema rationis, quia exigit extrema, vel que sunt entia rationis, vel que habeant pluralitatem ex vi intellectus rem inadaquate concipientis, ac conceptibiliter dividendis in plures

res.

res, vel realitates, licet ergo predicata Dei quidditativa non sint entia rationis, vel secundæ intentiones, sed habeant esse reale, non tamen habent esse reale multiplicatum, vel plurificatum, adeo inter se distinctionem ex natura rei fundare queant, sed plurificatio fit ab intellectu divinam essentiam in suo esse quidditativo inadaquate concipientis, & in hoc sensu predicata Dei quidditativa dici possunt extrema rationis, quia habent plurificatum esse rationis, secundum quod fundant distinctionem rationis. Quod vero prædicta ad res possibiles obiective existentem in mente divina, prævidendo modo a quæst. unius obiecti competat ratio Ideæ, vel conceptibus eorum formalibus, vel potius essentia divine sub diversis respectibus imitabilibus, de quo dictum est disputat. 8. Phys. question. 7. art. 1. quomodo ab invicem distinguantur, discrepantia est inter Scotistas, nam aliqui volunt sola ratione distinguuntur formaliter, & ex natura rei, ut Saxius com. primo sue Catal. disputat. 8. question. 4. art. 3. alii tandem realiter non quidem distinctione reali actuali, quia hæc non verificatur, nisi inter res actu existentes, sed potentialiter, ut potest proportionata esse possibili ipsarum, ut Vallo tract. formalit. 1. part. princip. disp. 4. quem sequitur Vulpes tom. 1. part. 1. disput. 29. artic. 8. Sed breviter dicendum est, creaturas possibiles divino intellectu obiectas ab intellectu divini considerari posse, ut Doctor infirmat, 1. d. 36. infra lit. E. & ex professo declarabitur infra disp. 8. qu. 1. primo secundum esse veluti denominationis extrinsecas, quod hæc bene quatenus obiectivum divinæ cognitionis, vel secundum esse reale, quod eis non repugnat novit divinam intellectus in rerum natura, & secundum primam considerationem dici possunt ratione distinguuntur, quia sic præcisè considerantur in esse cognitio, quod est esse diminutum, & materiale rationis, & in secundo sensu dici possunt distinguuntur realiter distinctione reali saltem potentialiter, ac etiam actuali in sensu declarato superius numero 177. quia ad hoc sub tali statu possibilitatis actualiter participant rationem ergo realis non inalter sumpti, prout distinguuntur a nihilo, & impossibili, ut infra dicam disputatione octava numero 46. unde Petrus, & Paulus adhuc sub tali statu possibilitatis, sunt extrema realia, quantum sufficit ad fundandam realem distinctionem, neque ob id in Deo constituitur in distinctio aliqua realis divini inducens simpliciter, quia non ob id ponitur plures res divine essentia realiter existentem inter se, & ab ipsa realiter distincta, ut abeat Gilbertus Porretanus de divinis relationibus, cuius error damnavit in Concilio Rhemensi, quoniam creaturas possibiles non sic existentem realiter divine essentia, sed obiectivè tantum dicuntur esse in Deo, ut obiecta secundaria divini intellectus, quod divine simpliciter minime adferatur, non enim obest simpliciter divini intellectus plura simpliciter, ac inter se realiter distincta intelligere, sic enim modo intelligit Petrus, & Paulum nunc existentem in rerum natura, & tunc quo obiecta fecerunt in divino intellectu obiective existentia, ut realiter distincta absque detrimento divine simpliciter.

254. Ad 2. distinctio præterit quoad denominationem sequi videtur semper debiliorem partem, unde sicut distinctio formalis, que inter formalitates verari solet, adhuc formalis dicitur, si verificatur inter rem, & realitatem, ut inter animalitatem, & humanitatem, quia hoc sufficit unum duntaxat ex extremis esse realitatem, sic in proposito distinctio rationis etiam regulariter extrema rationis petat, adhuc tamen intra limites remanet distinctio rationis, etiam si fit inter ens reale, & rationis, ut inter animal, & genus, quoniam ad fundandam ad hoc sufficit, ut alterum extremum fit ens rationis, vel aliquo modo habeat esse rationis, cuius ratio esse potest, quia sicut malum dicitur ex singulari defectibus, bonum autem ex integra causa, ita ens reale dicitur, quod omnes suas partes habet reales, quod si habeat aliquid rationis, tunc dicitur esse rationis. Ad ultimum licet regula illa apud Scotistas sit famosa factis, quod major distinctio infer minorem, tamen ut bene notavit Magister Sirexius art. ultim. formalit. non est universaliter vera, immò in eo sensu, quo capitur a Scotistas, quod scilicet distinctio realis infer formalem, & rationis, potest sustineri esse veram, quod plane ostenditur evidenti ratione, nam illa distinguuntur realiter, que distinguuntur ante opus intellectus, & illa distinguuntur ratione, que distinguuntur per opus intellectus, sicut ergo implicat aliqua duo ab invicem distinguuntur per opus intellectus, & præter opus intellectus, ita implicat, que distinguuntur realiter distinguuntur quoque ratione. *Contra. hæc doctrina, nam ad fundandam aliquam relationem exiguntur extrema proportionata, talique relationis capacia, ergo ad fundandam distinctionem realem requiruntur extrema, que sint res, & ad fundandam formalem requiruntur extrema, que sint formalitates, ac denique ad fundandam distinctionem rationis, que est minima inter omnes requiruntur extrema rationis, si ergo aliqua duo distinguuntur, ut res, & res, jam dici nequeunt distincta quoque formaliter, & ratione, quia non sunt extrema talium distinctionum capacia. Dices, que distinguuntur realiter, non sunt idem formaliter, nec ratione, ergo sunt formaliter, & ratione distincta. Negat Doctor 1. dist. 2. question. 7. H. 5. Sed breviter, consequentiam, quia formalitas in antecedente negatur, quod verum est, quia realiter distincta eadem formalitatem non important, sed in consequente affirmatur, quod est falsum, quia res non est formalitas, sed aliquid plus, neque est ens rationis, & ideo nec distinctionem formalem, nec rationis fundare valet. Quomodo ergo passim dicitur major distinctio infer*

Magistri.

Metaph. P. 1. Tom. IV.

ferre minorem, hoc præsertim dicitur, & verificatur in serie prædicamentali, quatenus, que genere distinguuntur, distinguuntur etiam specie, & numero, & sic distinctio generica, quæ est major in categoria, infer speciem, & numericam, non autem verificatur de distinctione reali, formali, & rationis, nisi hoc sensu, quod que realiter distinguuntur, distinguuntur plerumque formaliter, & ratione, quia distinctio realis est major illis, non tamen absolute valet inferre, quod distinguuntur formaliter, & ratione prædictis de causis, in serie autem identitativum videntur bene inferri posse ex identitate rationis, quæ est major inter omnes, identitas formalis, & realis, nisi etiam de identitatibus discurrere velis, sicut de distinctionibus. Et hanc cautionem in illatione distinctionum notavit quosdam Zerbis quæst. de identitatibus, & distinctionibus præp. finem. ubi ait, quod illa regula, major distinctio infer minorem, fallit in multis, & exemplificat de distinctione ex natura rei, ex qua non valet inferre distinctionem rationis dicendo, hæc duo sunt distincta realiter, ergo sunt distincta ratione, nisi per esse distincta ratione intelligamus esse distinguibilia ratione, utique enim valet inferre hæc duo distincta realiter, ergo possunt distinguuntur ratione, non autem, quod sint actu distincta per rationem, nam consequenter directè destruit antecedens, in quo asseritur illa esse distincta, scilicet omnino actu intellectus.

Tertio arguit Pasqualis tom. 2. Metaph. disputat. 57. sectione quarta probando minime opus esse distinctionem rationis fini ad similitudinem distinctionis realis, ut supra dictum est, quæ sunt opinio Soncin. 4. Metaph. quest. 29. Capreol. 1. dist. 3. quest. 4. Hurad. disput. 6. Metaph. lect. 5. & aliorum, nam postea multipliciter in obiecto ponitur etiam distinctio, quia hæc fundatur in illa, sed eo ipso quod obiectum per conceptus parciales obiectivos subest diversis actibus, aut idem comparatur cum seipso, ponitur in ipso aliqua multiplicitas, quia uni conceptui correspondet aliud esse partiale obiecti, & alteri correspondet aliud esse partiale, ergo ponitur etiam distinctio. Tum 2. ut habeatur distinctio rationis non est necesse, ut ipsi applicetur formale distinctivum distinctionis realis, ergo neque ratio distinctionis realis, quia tunc distinctio rationis esset distinctio realis, quale enim esse distinctivum, talis quod debet esse distinctio. Tum 3. quia si distinctio realis applicaretur distinctioni rationis, deberet implicare distinctio rationis talis esse, ut caderet super extrema, que se haberent, ut res, & res, nam tunc distinctio rationis esset ad similitudinem distinctionis realis. Tum 4. nam ens rationis dum concipitur ad modum entis realis, se habet omnino, ut ens reale, ergo si distinctio rationis formaretur ad similitudinem realis, se haberet omnino ad modum illius, quod est falsum, quia sunt genera distinctionum profusa diversa. Tum 5. idem ens rationis finiri petit ad modum entis realis, quia non habet propriam, & peculiararem rationem, secundum quam concipiatur, sed distinctio rationis propriam habet rationem distinctionis, statim enim ac obiectum secundum conceptus inadaquatos per diversos actus obiectivos, habet diversas rationes formales, quarum unaqueque habet propriam esse rationis, per quod a ceteris conditioningur, si ergo habet propriam rationem, opus non est ipsi applicare rationem distinctionis realis, ita ut ad eius similitudinem concipiatur. Denique arguunt alii, quia si intellectus nullam cognovisset distinctionem realem, posset adhuc formare hanc propositionem *homo est homo, animalitas non est rationalitas*, ergo potest concedere distinctionem rationis tum cum fundamento, tum sine fundamento ab eo, quod illam possit ad similitudinem distinctionis realis. Confirmatur, quia posset saltem intellectus per cognitionem insulam, si non per acquiritam, habere plures conceptus de eadem re, tunc autem haberet distinctionem rationis absque aliqua comparatione, & similitudine ad distinctionem realem.

255. Respond. Pasqualis in hac re non satis sibi constare, quia disputatio 53. sectione 2. numero 2. ex professo probat distinctionem rationis concipi debere, & efformari verba proportionem ad realem, quia inquit, quicquid per intellectum fingitur, cum ordine quodam, & proportione ad id, quod est a parte rei, fabricatur, ut constat in formatione entis rationis, ita, Pasqualis, ibidem, ex quo sic arguitur licet, ideo ens rationis concipi debet ad modum entis realis, quia de se est non ens, ergo pariter cum distinctio rationis re vera de se non sit distinctio, sed potius putata distinctio, debet se habere ad modum distinctionis realis. *Contra.* quia sicut distinctio realis ad plurificationem realem numericam, speciem, & genericam, ut patet ex 5. Metaph. cap. de eodem, & diverio, ita servata proportione dividitur distinctio rationis, quod utique fieri non potest, nisi conciperetur ad instar distinctionis realis, que sic dividitur, probatur assumptum, nam si attentè rem consideremus, videbimus non esse eundem gradum distinctionis rationis in omnibus intentionibus, sicut nec idem est gradus distinctionis realis in rebus, etenim homo, & equus in ratione speciei minus differunt, quam homo in ratione speciei, & animal in ratione generis, & hac ratione adhuc minus differunt, quam animal in ratione prædicati, & hoc in ratione subiecti, quod tamen alia ratione non est, nisi quia secundum intentionem speciei in homine, & equo solo numero differunt, intentione vero speciei in homine, & generis in animali sunt speciei diversæ, & tandem ratio subiecti, & prædicati in leone, & animalis

V 4



malis generis diversificantur, unde opus est hominem, & equum, ut insubstantianda intentione speciei esse distincta ratione, sed distinctione numerica; hominem vero in ratione speciei, & animalis in ratione generis esse distincta ratione, sed distinctione specifica; lionem tandem, & animal in ratione subiecti, & prædicati ratione distincta esse, sed distinctione generica; at quis non videt hæc omnia intantum verificari, & locum habere in distinctione rationis, quatenus concipitur ad instar realis distinctionis.

Ad hoc argumentum (absque confirmatione tamen, que argentiore est ipso) conatur occurrere Pasqualis, licet fateatur esse difficile loc. cit. disputat. 57. sect. 4. numer. 6. dicens magis esse disparitatem inter ens rationis, & distinctionem rationis, quod enim de se est non ens, nullum statum habere potest, in quo acquirit aliquod esse reale sibi proprium, & idem semper, ut aliquo pacto habeat esse, debet concipi ad modum entis; non sic autem contingit in distinctione rationis, nam sicut alium modum existendi, nempe intentionalem, dum autem habet hunc modum existendi, dicitur potest ab intellectu in partes, dum autem sic dividitur in partes, unanquamque pars ex vi sui esse intrinseci obiectivi habet suum formale distinctivum, & idem opus non est recurrere ad realem distinctionem, quasi debeat ad modum eius fingi. Sed plane hæc paritas ab ente rationis delumpta evitari minime potest, quia sicut non ens nullum statum habere potest, in quo acquirit aliquod esse reale sibi proprium, sic neque distinctio rationis, & sicut hæc per intellectum acquirit modum existendi intentionalem, sic etiam, & non ens, cum sit ens rationis, sed sicut realem statum non acquirit ens rationis, nisi cum concipitur ad modum entis realis, sic etiam pariter dicendum de distinctione rationis non acquirere realem statum intentionalem, nisi cum concipitur ad modum distinctionis realis, & dum obiectum dividitur ab intellectu intentionali in partes, talis quoque discretio intentionalis fit per imitationem ad partitionem realem plurimum rerum, vel realitatum in alio obiecto, quod talem in se distinctionem patitur a parte rei, & tamen talis partitio in obiecto omnino simpliciter a parte rei fieri potest absque aliqua fictione, & similitudine ad distinctionem realem, intellectus quoque divinus possit ratione distinguere, quæ tunc omnino idem a parte rei, quod consistat esse salum, quia non intelligit res aliter, quam sunt, nec quis concipit, nisi clarè, & adæquate, ergo distinctio rationis non fit, nisi interveniente aliqua fictione, & similitudine ad distinctionem realem, quod plane, & Arist. ipse significat 5. Metaph. 16. ubi docet intantum posse mentem nostram distinctionem rationis efficere, quatenus potest uti uno, ut pluribus, dividendo nempe obiectum omnino idem in diversos conceptus obiectivos partiales, vel geminando, ac reduplicando idem obiectum diversimodè comparando illud cum seipso, quod fieri nequit, nisi præcognita fuerit distinctio ex natura rei inter illa plura, ad quorum instar obiectum omnino idem concipitur discretum. Conf. tandem, quia intantum distinctio realis ponitur passio entis rationis, quatenus distinctio realis ponitur passio entis realis, & ens rationis concipitur ad modum entis realis, ergo, & distinctio rationis suppete ingenio potest concipi ad instar distinctionis ex natura rei.

256. Argumenta verò à Pasqualigo in oppositum adducta solvi possunt, ut ipse dissolvit illud ultimum ab aliis adductum cum sua confirmatione, quod inquit non sufficienter probare, quia impliciter petit principium assumendum, quod erat probandum, cum enim formatio propositionis supponat distinctionem terminorum, quæ faciliè negabitur, ignorata distinctione reali posse intellectum illas propositiones efficere homo est homo, animalitas non est rationalitas, ac negetur posse efficere distinctionem rationis abique prævia noticia distinctionis realis, ut enim intellectus illas propositiones efficiat, debet uti uno, ut duobus realiter distinctis, sicut adest Arist. loc. cit. nequit autem intellectus uti uno, ut duobus realiter distinctis, nisi præcognita fuerit distinctio realem, ad cuius instar unum, & idem à seipso discernit præterquam quod cum dicimus, animalitas non est rationalitas, nulla hæc intervenit distinctio rationis, quia non rationem genericam ex natura rei, discernimus à ratione differentiali; ex hac itaque doctrina etiam ab ipso Pasqualigo approbata solvantur eius rationes. Ad primum potest concedi totum, probatur enim solum, quod posita multipliciter conceptum obiectivum in adæquatum de eadem re, statim ponitur in ea aliqua distinctio, quæ est rationis, quod gratis conceditur, sed non probat talem partitionem obiecti intentionalem fieri ab intellectu sine ulla imitatione ad distinctionem, & partitionem realem, in quo consistit punctum difficultatis. Ad secundum, & tertium neque nos dicimus formale distinctivum distinctionis realis applicari debere distinctioni rationis per proprietatem, sed solum per imitationem, ex quo non sequitur distinctionem rationis futuram esse realem, quia quod est tale per imitationem, semper deficit ab eo, quod est tale per essentiam, vel proprietatem. Ad quartum argumentum æquè concludit de ente rationis, & distinctione rationis, tamen enim distat distinctio rationis à distinctione reali, quam enationis ab ente reali, atque idem si nequit distinctio rationis concipi, & reformari ad modum realis distinctionis, quia sunt genera distinctionum valde diversa, idem pariter dicitur de ente rationis, quod nequeat ad modum entis realis concipi, quia sunt genera entium nimis di-

versis, sicut ergo hoc non implicat non obstante adhuc tali diversitate, ita neque illud nimirum distinctionem rationis concipi, & reformari ad similitudinem distinctionis realis. Ad 5. negatur minor in sensu, quo assumitur, quia distinctio rationis in esse distinctionis non magis habet propriam rationem, quam habeat ens rationis in esse entis, unde fieri hoc habet propriam rationem utique sed dependentem ab ente reali, ad cuius instar concipitur, ita pariter fieri dicendum de distinctione rationis in ordine ad distinctionem realem. Ad ultimum cum sua confirmatione patet ex modo dictis.

257. Circa aliam quæstionem partem quatuorplex nimirum sit distinctio rationis, valde celebris, & famosa est in omni schola, præsertim vero Thomistica, divisio illa distinctionis rationis in distinctionem rationis ratiocinantis, quæ nullum dicitur habere fundamentum in re, sed solum non repugnantiam, oritur solum ex negatione, & operatione intellectus, & in distinctionem rationis ratiocinatæ, quæ dicitur habere fundamentum in re ipsa, quæ distinctio etiam Scotus agnovit 1. dist. 8. quaest. 4. §. 1. tamen passim, ut ibi notat Barjuss, & §. ad quæstionem, & quol. 1. art. 2. & alibi frequenter, & cum eo Magister Formalis, art. de distinctione rationis cum cæteris Formalibus, unde miror, Ruiz trad. de scientia Dei disp. 8. sec. 6. num. 3. dixisse, hæc divisionem inter antiquos Scholasticos fuisse inauditam, semper enim nota fuit antiquioribus Scholasticis tam Thomistis, quam Scotis istis eamque non semel significaverunt eorum Principes Scotus, & D. Thomas; quamvis verum sit non eodem modo ab eisdem explicari distinctionem rationis ratiocinatæ, nam Scotus antiquiores ita etiam explicaverunt, ut in esse distinctionis sit actualis, & perfecta ante quamque intellectus operationem, idem potius sub distinctione ex natura rei, ut sic, fit reponenda, quam sub distinctione rationis, & cum distinctione formali penitus confundenda, adeo ut rationis ratiocinatæ dicitur, quia in ipsa re existit, atqueque ratiocinetur, ut quæst. ex se ratiocinetur dicitur, solumque requiratur ratio ad illam cognoscendam, non veritas, quia non est tanta, neque ex se tam patens, sicut realis, ut Scotus ipse significavit videtur 1. dist. 2. quaest. 7. §. sed hic refut. & idem requiritur ad tentam rationis operationem ad eam dignoscendam, unde consequenter volunt, hæc divisionem distinctionis rationis in ratiocinantem, & ratiocinatam non esse veri generis in species, vel univoci in univocata, sed æquivoci in æquivocata, quia distinctio rationis ratiocinatæ est distinctio ex natura rei.

Thomistæ & contra ita explicant distinctionem rationis ratiocinatæ, ut in esse distinctionis non sit actualis ante quamque intellectus operationem, sed virtualis ad summum, & fundamentalis, & inquitur vocari distinctionem rationis ratiocinatæ, non quasi in re ipsa existat, atqueque ratiocinetur solumque requiratur ratio ad illam cogitandam, non faciendam, ut Scotus hæc dicebant, sed quia cum actu, & formaliter non sit in rebus, sed per rationem fiat, unde distinctio appellatur rationis, non tamen est omnino ex mera intellectus operatione, sed ex occasione quam respicit, circa quam mens operatur, præbet, & virtus præter sui eminentiam, quam mens, inde diligit, & patitur in varias formalitates, vel proper habitudines varias ad alias, & alias res, vel quæcumque modo una, modo altera potest intellectus rem illam concipere, & sic mentaliter dividere, ideoque ajunt, talem distinctionem rationis ratiocinatæ fieri solum per conceptum inadæquatum ejusdem rei, tunc enim distinctio dicitur formaliter fieri per conceptus inadæquatos rei, & rem ipsam præbere talem occasionem; quia ergo hæc distinctio, quam inquit veluti inchoata a parte rei ob fundamentum in re reperitur, tamen à distinctionem in esse distinctionis, & complementum recipit ab intellectu, idem volunt Thomistæ eam proprie contineri sub distinctione rationis, ut sic, tamquam propriam ipsius speciem, ideoque aliam divisionem esse generis in species, ac univoci in univocata. Ex Recentioribus tandem non desunt, qui hæc divisionem non recipiunt, eo quia putant distinctionem rationis ratiocinantis non esse proprie distinctionem, sed potius ejusdem omnino conceptus geminationem, & repetitionem, ita de distinctione rationis ratiocinantis dicitur videtur Suarez disp. 7. Metaph. §. 1. dist. 1. Vazquez 2. part. disput. 117. cap. 3. numer. 8. Hurtad. §. 1. dist. 1. §. 6. Metaph. §. 1. dist. 5. Alarcon tractat. 9. dist. 1. dist. 2. cap. 8. Ruiz loc. cit. & alii Recentiores Societatis, sed quia hæc omnes difficultates longiorum petunt distinctionem præstabit sequenti in sequentibus de antiquaque hæc distinctionem ratiocinantis, & ratiocinatæ proprias insinuere quæstiones, ex quibus palam constat, quæ, & qualis sit assignata divisio, quam præmanibus habemus.

Q U Æ S T I O XIV.

De identitate, & distinctione rationis ratiocinantis.

258. Hæc tria veniunt explicanda pro exacta hujus distinctionis intelligentia, primo quid sit, & in quo ejus formalitas consistat, deinde an proprie inter genera distinctionum communemari possit, denique an habeat gradus aliquos. Quod primum Suarez disp. 7. Met. sec. 2. cum Recentioribus cit. inquit distinctio rationis ratiocinantis esse ejusdem omnino conceptus generationem, &

re receptionem, sic enim distinguitur Petrus à seipso vel in ratione subiecti, & prædicati, quando de ipso enunciatur dicendo, Petrus est Petrus, vel in ratione termini, & subiecti relationis, quando idem sibi dicitur in his enim, & similibus distinctionibus rationis idem est, atque integer conceptus Petri, solumque fit quidem repetitio, & comparatio ejus, quod explicat Hurtad. disp. 6. Metaph. sect. 5. exemplo hominis secum loquentis, & interrogantis se, qui non seipsum à seipso distinguit, sed seipsum ipso quem à seipso distinctum apprehendit, eodem modo se gerit, ac si efficit distinctus. Formalitas nostri cum Magistro Formalis. in hoc articulo dicitur illa distingui ratione, quæ distinguuntur per actum collativum intellectus præcisè, quatenus idem diversimodè ad seipsum comparatur, ut constat in prædicatione identica, cum idem de seipso prædicatur, tunc enim idem sub ratione subiecti à seipso distinguitur sub ratione prædicati, & unde consequenter volunt distinctionem rationis fieri per actum collativum intellectus præcisè, & hinc inferunt inter entia rationis adinvicem, ut inter genus, & speciem, vel inter ens reale, & enationis, ut inter animal, & genus, esse distinctionem rationis, quia non fit, nisi per solam intellectus comparationem, & contra vero illa dicunt esse eadem ratione, quæ habent eundem omnino conceptum indistinctum a parte rei, & etiam ex parte intellectus quo sensu homo dicitur idem sibi ipse; idem sentire videtur Pasqualis, disp. 5. sect. 2. ab initio, ubi ait intellectum per solam virtutem collativam hæc distinctionem efficere.

Neuter dicendi modus insufficienter rem explicat, & uterque unum saltem supponere videtur, nempe distinctionem rationis haberi tantum per actum collativum intellectus idem sibi diversimodè comparatis, hoc enim saltem est (nisi per actum collativum intelligatur ille, quo intellectus aliqua distinguendo unum necessarium confert ad aliud in ratione distincti, sic enim necessario in quacunque distinctione, nedum rationis, sed etiam reali talis actus collativus intervenit, quo intellectus unum extremum collativè ad aliud ratione distincti) quia ut docet Scotus 1. dist. 2. part. 2. quaest. 7. §. sed hic refut. & 1. dist. 8. quaest. 4. §. ad quæstionem, ad hoc, ut aliqua fit distinctio rationis, sufficit diversus modus concipiendi idem obiectum grammaticales, vel logicales, ut homo & humanitas distinguuntur ratione ob diversos modos concipiendi logicales scilicet abstracti, & concreti, & homo hominis distinguitur ratione ob diversos modos concipiendi grammaticales in recto, & in obliquo, & tamen isti modi non videtur esse per actum collativum intellectus, ut bene advertit Barjuss ibi. Arret. art. 2. Formalit. com. 5. & Meuris lib. 2. Met. cap. 3. q. 3. nam distinctio abstracti à concreto fit præsertim per actum præcisè, & ergo distinctio rationis inter aliqua restringitur non debet ad actum collativum intellectus, præsertim quo idem ad seipsum comparatur sub ratione subiecti, & prædicati, vel aliarum secundarum intentionum, se haberi etiam potest per actum adæquatum, & rectum, cum idem profus obiectum diversimodè concipitur logiciter, vel grammaticaliter modum jam explicato & hoc ipsum videtur concedere Sirex art. ult. prim. Accedit, ut dictum est disput. 1. Logic. quaest. 5. artic. 2. quod quando etiam per actum collativum in propositione identica idem ad seipsum comparatur sub ratione subiecti, & prædicati, saltem est tunc intervenire tantum ejusdem nominis, & conceptus repetitionem, & non propriam rationis distinctionem ejusdem à seipso, repetitio enim solum est, cum idem nomen vel conceptus, & eodem profus modo semel, & iterum concipitur, & nominatur, ut si dicitur homo, & iterum homo, tertio denique homo, hæc enim est veritas, & proprie repetitio ejusdem nominis, & conceptus, quia in hac repetitione, & non replicata homini diversæ denominationis subiecti, & prædicati, neque concipitur ad modum duorum, ut fit in propositione identica dicendo homo est homo; aliquid quidem est rem aliquam pluries concipere, aliud vero concipere ut plures, primum quidem in repetitione contingit, secundum vero in propositione identica, cum idem ad seipsum comparatur in ratione subiecti, & prædicati, atque ideo per actum collativum non fit sola repetitio ejusdem conceptus, sed etiam aliqua distinctio ejusdem à seipso, quia in ea propositione nedum hominem, vel Petrum semel atque iterum præcisè concipimus, sed etiam ad modum distinctio concipimus, & diversæ ejusdem obiecto denominationis tribuimus, quia ante copulam dicitur subiectum, post copulam prædicatum. Tum quia si idem obiectum bis cognoscere sufficeret ad hæc distinctionem efficiendam, tunc oculus bis videndo Petrum faceret hæc distinctionem.

Respondent Vazquez, & alij id probare solum, distinctionem ipsam cadere inter conceptus ipsos formales, quibus idem in propositione identica subiectivis, & prædicatis, aut inter ipsas secundas intentiones subiecti, & prædicati, quæ eadem v. g. Petro tribuimus, non autem cadit distinctio inter Petrum, & seipsum, sed sola cadit repetitio. Contra, quia per talem actum collativum habetur aliqua distinctio, hæc autem non est illa, quæ cadit supra conceptus formales, quia isti conceptus distinguuntur realiter, non ratione, neque hæc distinctio facta per actum collativum cadit inter ipsas secundas intentiones subiecti, & prædicati, nam licet hæc intentiones sint a ratione, tamquam ab efficiente causa, seipsis tamen formaliter sunt diversæ, & alterius rationis abique quod per rationem aliud, quod diversum esse illis superadditum concipitur, ergo distinctio illa rationis verè cadit supra rem ipsam conceptam, quatenus secundum esse obiectivum veluti ge-

minatur in intellectu, quia simul obicitur, & sub ratione subiecti, & sub ratione prædicati, & sic sub una intentione concepta distinguitur à seipso sub alia intentione concepta, non quidem tamquam secundum rationes diversas ipsi obiecto intrinsecas, & ex parte ipsius fundatas, sed ex comparatione extrinsecas resistentes in ipso. Conf. quia ut ait Aristot. 5. Metaph. capit. de eodem in propositione identica intellectus utitur uno, ut duobus, dum idem subicit, & prædicat, & sic illud unum à seipso ratione distinguit faciens illud æquivalere duobus ex natura rei distinctis, ergo distinctio illa proprie cadit super idem obiectum in esse obiectivo, & intentionali geminatum, non autem supra conceptus formales, aut ipsas secundas intentiones. Tum quia super illud cadit distinctio super quod cadit contradictio, sed contradictio cadit super obiectum, quod diversè fundando intentiones fundat etiam contradictiones, ergo &c. Denique licet idem nequeat à seipso resalire, vel ex natura rei distingui, nil tamen obstat, quin à seipso distingui possit secundum aliquod esse intentionale, quod de novo acquirit ex eo, quod comparatur cum seipso per intellectum, & suo modo afficit obiectum, ergo in propositione identica distinctio rationis tangit obiectum, illudque à seipso intentionali-ter distinguit.

259. Dicendum igitur est distinctionem rationis ratiocinantis non consistere in sola repetitione ejusdem conceptus de eadem re diversimodè comparando idem sibi ipsi, quia non hoc duntaxat modo fabricatur distinctio rationis, sed etiam diversimodè concipiendo idem obiectum, adeo ut tota diversitas se tenet, non ex parte obiecti, sed præcisè ex parte modi concipiendi, vel grammaticaliter, ut in recto, aut in obliquo, vel logicaliter per modum abstracti, & concreti, quo sensu ratione differunt sapiens, & sapientia, & universaliter abstractum, & concretum, vel tandem Metaph. penes explicitum, & implicitum, seu per majorem, & minorem explicationem ejusdem conceptus, quo sensu secundum communeiorem definitio, & definitum distingui dicuntur; non ergo in sola repetitione ejusdem conceptus consistit distinctio rationis ratiocinantis, cum alijs modis contingere possit. Tum quia adhuc in propositione identica, quando idem sibi semet comparatur ostensum est, non contingere solam repetitionem ejusdem conceptus, sed propriam distinctionem rationis cadere in obiectum sub diversis intentionibus conceptum. Ex quo etiam sequitur non fieri hæc distinctionem rationis per solum actum collativum, & per solum virtutem collativam intellectus, quia cum eadem obiecto aliquam distinctionem rationis appingit, illud diversimodè concipiendo grammaticaliter, vel logicaliter, aut metaphysice, non necessario utitur virtute collativa intellectus, sed potius præcisive, & abstractiva, nam præscindendo naturam à subsistentia distinguit abstractum à concreto, & per eundem actum pariter præcisivum, non quidem obiective, sed formaliter, fit distinctio rationis penes majorem, vel minorem explicationem ejusdem conceptus.

Itaque distinctio rationis ratiocinantis attendi præcisè debet penes diversum modum concipiendi idem obiectum formalè adeo ut diversitas se tenet ex parte modi concipiendi idem obiectum grammaticaliter, vel logicaliter, nullatenus autem ex parte obiecti, ita expressè tam notificavit Doctor 1. dist. 2. q. 7. §. sed hic refut. & dist. 8. q. 4. §. ad quæstionem ex quo sequitur, hæc distinctionem nullam profus tollere identitatem ex parte obiecti, sed relinquere illud omnino idem tantum realiter, quam formaliter, & virtualiter, quod dici nequit de distinctione rationis ratiocinatæ, cum enim hæc suppete obiectum, supra quod cadit, virtualiter distinctum, quando reducit ad actum ex virtutis distinctio per operationem intellectus, tunc unam formalitatem obiectivam ad præscindit ab alia diversis adibus quibus singularis diversæ correspondet formalitates, ut alia diversitas non procedit solum ex parte intellectus diversimodè eandem rem concipientis grammaticaliter, logicè, vel metaphysicè, ut evenit distinctione rationis ratiocinantis, sed etiam ex parte ipsius obiecti, quod ob sui eminentiam existens virtualiter multiplex occasione offert intellectu, ut cum fundamento in re possit attingere diversis cognitionibus inadæquatis diversis formalitates obiectivas; quem modum explicandi distinctionem rationis ratiocinantis, ut à ratiocinata differt, nedum Thomistæ unanimiter docent, sed etiam illi Scotistæ, qui admittunt distinctionem rationis ratiocinatæ, ut diversam à distinctione formali ex natura rei, ac etiam Recentiores quamplures, ut Pasqualis disp. 54. cit. Amic. trac. Formalit. quaest. 15. dub. 7. & alij.

260. Dices, si ergo tota diversitas in distinctio rationis ratiocinantis se tenet ex parte modi concipiendi idem obiectum, & nullo pacto ex parte ipsius obiecti, sequitur, distinctionem ipsam non cadere super obiectum, sed solum supra conceptus formales, quibus idem obiectum concipitur, vel supra secundas intentiones, sub quibus concipitur, ut Suarez, & Vazquez dicebant, vel si distinctio rationis ratiocinantis aliquo modo obiectum tangit, & afficit, etiam ex parte obiecti attendi debet talis distinctio, & sic ruit discrimen assignatum inter ipsam, & distinctionem rationis ratiocinatæ. Resp. etiam concedatur distinctionem rationis ratiocinantis cadere aliquo modo super obiectum, quatenus diversimodè concipitur, adhuc bene stare discrimen ipsius à distinctione rationis ratiocinatæ, quia hæc scilicet ratiocinata ita tangit obiectum, quod non omnia, quæ exprimitur, uno conceptu exprimuntur & alio, sed singularis conceptibus singularè correspondent-